



DISPUTATIO JURIDICA 3  
*De*  
ADVOCATIS,

*Quam*  
Deo Ter Opt. Max. auxiliante,  
AUTORITATE ET CONSENSU  
Magnifici JCtorum Ordinis in Illustri  
SALANA,  
PRÆSIDE

HEINRICO Linck  
J. U. D.

*Publico Eruditorum Examine*  
in Acroaterio JCtorum  
addiem Augusti horis consuetis  
*proponet*

JOHANNES CYRIACUS Nehring/  
Pfullendorf. Thuring.  
AUTOR.

---

JENÆ,  
Typis Johannis Jacobi Bauhoferi,  
Anno M. DC. LXIX.



DISPUTATIO JURIDICA

ADVOCATIS

De Officio Advocati

AUTORITATE CONSENSU  
Magistri Johannis Ordinis in Illustri

HEINRICH COEHN

in Accusatione

JOHANNES CYRIACUS

AUTOR

Johann Jacob Böhmer  
aus M. N. 1. 1. 1.







QUOD FELIX FAUSTUMQUE ESSE JUBEAT  
Divina Clementia!

## PROOEMIUM.

Sicut aliàs fieri consuevit, ut res, quæ multum utilitatis hominibus afferunt, propter abusum non ita magni æstimentur, aut etiam planè, malò, quod quidem per accidens fit, rei commoditatem præponderante, è medio tollantur: Sic rem se cum **ADVOCATIS** habere reperimus. Maximè quidem laudabile & honorabile eorum est officium. *l. 4. C. de Advoc. 2.* Quod ideò inventum, ut lites dirimantur, amicitia inter homines conservetur atque litigatoris succurratur, qui suum tueri & causam dicere ignorant. *Cagnol. in l. necessarium. 2. §. postea. 7. ff. de O. l. n. 215. Iacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. c. 369. B. Dn. Carpzov. p. 1. const. 1. def. 18. n. 3.* Quà de causâ non minus verè, quàm gloriòse & honorificè de illis deprædicari potest, quod sint Sacerdotes justitiæ, oracula Civitatis; It. quod suæ defensionis viribus in rebus sæpe publicis & privatis lapsa erigant, fatigata reparent, atque, gloriôsæ vocis munimine confisi, laborantium spem, vitam & posteros defendant, veluti elegantissime loquuntur Imperatores in famosissimâ *l. 14. C. de Advoc. 1.* Add. Dn. Brunnem *ad d. l. 14.* Nihilominus tamen dolendum, quin etiam deplorandum est, complures tam averso à sacratissimæ Jurisprudentiæ Studio esse animo, ut in ejus omniumque Jurisperitorum perniciem catilinariam quasi conjurationem iniisse videantur. Hinc non solum Advocos vili æstimari, sed etiam ante multa secula, si Historiarum monumentis fidem facimus, omninò è civitate ejectos fuisse videmus. Testante enim Diodoro Siculo Advocati in Republ. Ægyptiorum omninò admissi non fuère, quod etiam in Areopago initio obtinuit, ubi tamen, meliori usu Advocatorum cognito, decem autoritate publicâ constituti sunt. Nec benigni-





us iudicium de Advocatorum turba Platonis fuit, eos *lib. 10. de Republ.* Caufidicorum nomine traduentis, ac è *Republ. optimâ* eliminandos esse censentis. Et quis hodiè non expetitur, contentui haberi eos, qui operam suam hominibus ad defensionem causarum locant. Iam enim eorum opterea malè audire apud plebem reperimus, quod sapius conscientia repugnans quid suscipiant, & hinc ortum est, quod hoc tempore in proverbium ferè abierint dictoria illa: *Juristen böse Christen / Juristen ohne Bewiszen* etc. Iam vehementes querelas de ipsis haberi audimus, quod non in aliud nitantur, quàm ut arcas suas auro argentoque oppleant, & quod Advocationis munus potius ad subversionem veritatis, quàm ad dilucidationem Iustitiæ & litium diremptionem exerceant. Vid. Ioh. Bap. Magon *de reët. patroc. rat. p. 1. c. 6. n. 18.* Vent. de Valent. *lib. 2. Parth. litig. c. 7. n. 30.* Verumenimverò unde ista maledicentia ortum suum trahat, is dignoscat, qui nomen æqui iudicis profitetur. Nam quod interdum Advocati malè apud nonnullos audiant, evenit potissimum propter forenses rabulas, qui jus tanquam nasum cereum tractare, leges figere, ac refigere moliantur, ut ex litibus auream messem metant, uti egregiè illos depingit Nobil. Dn. Schmann / Præceptor meus venerandus, *in Comm. ad ff. Ex. 8. n. 42.* Accedit & hoc, quod nonnulli, omnis solidæ eruditionis inanes, cruda sua studia in forum propellant & absurdâ opinione inescati existiment, se velle ex observantiâ fori Ius civile addiscere, cum tamen prius in Academiis debeant solida fundamenta jacere, quibus possent in foro inniti; Hinc confusio litium & augmentum litigiorum existit, uti hac de re cum Keller. *lib. 1. de off. Jurid. Polit. c. 28.* & Anton de Gvevarr. *in Hoffwecker. c. 10.* conqueritur B. Dn. Carpz. *p. 1. Const. l. def. 18.*

Quod autem rei præstantissimæ usus propter absum exterminandus sit, nullus sanæ mentis affirmabit. Iniquissimum potius est, malorum odio bonos prægravare. *c. 22. de R. I. in 610.* Et cordatis, piis atque eruditis Advocatis, maximam utilitatem Reipubl. conferentibus, propter quosdam malæ fidei homines & impios caufidicos dicam scribere, quorum malitia tamen illa, quæ in laudem Advocatorum conscripta sunt, nequaquam destruere potest.



est. Tiraquel. de Nobilit. c. 29. Berlich. p. 1. Concl. 9. n. 60. & seqq. Dñs  
Brunnem. ad cit. l. 14. C. de Advoc. 1. Quapropter & ego, considera-  
tâ paulò altiùs Advocatorum nobili dignitate, rectè me facturum  
arbitratus sum, si loco exercitii Academici de Eorum Officio at-  
que Privilegiis succinctâ brevitate nonnihil proponerem. Quod ut  
eo felicius fiat, summi nostri Advocati opem devotissimo animo,  
ut conatui huic gratiosissimâ suâ adistentiâ succurrere velit, humi-  
limè imploro.

## CAPUT I.

# Definitionem nominalem & realem Advocatorum proponit.

Th. I.



via solenne disputantibus est, non statim illotis  
manibus ad ipsius rei penetralia progressum  
facere, sed prius præliminaria quædam evolve-  
re. Hinc, ut justus observetur ordo, etiam hic  
discursus à vocis explanatione instituendus  
erit, non quasi verbosam velim conscribere  
Dissertationem, sed quia docente Zabarell. in-  
tellectus rerum ex verbis illucescit, & nomina  
quasi picturæ quædam & characteres sunt, quibus rerum innotescit  
natura, teste Gell. Noÿ. Attic. lib. 13. c. 10.

Th. II. Debet verò *Advocati* nomen sua cunabula verbo *advocare*, quod ex *ad* & *vocare* compositum esse omnibus liquet, neque alia hujus compositionis ratio esse videtur, quàm quod *Advocati* vocentur ad patrocinium præstandum litigantibus. Aliàs vocabulum illud *πολύσημον* esse, frequens nos docet usus. Sicut enim *advocare* sumitur vel (1) *generaliter*, & denotat idem, quod *convocare* ex quacunque causâ, vel (2) *specialiter*, & denotat idem, quod *homines vel patrocinii vel consilii causa convocare*; Ita *Advocatus* dicitur (1) *generaliter* non solum is, qui ad aliquem est vocatus, sed etiam, qui causis agendis quoquo studio præest, ac in omni negotio partibus adest. l. 1. §. II. ff. de extraord. cognit. Quo nomine & Procurator ven-

A 3

nit.

7.



nit. (2) *Specialiter*, qui est vocatus, ut ope consilioque adsit afferi,  
& eatenus à Procuratore distinguitur.

Th. III. Variis porrò *Advocatos* insigniri nominibus, cuilibet no-  
tum erit: Aliquando enim *Causarum Patroni*, quarum scil. patro-  
cinium susceperunt. l. 1 §. 4. ff. de postul. l. 1. in pr. l. 5. l. 14. C. de Advoc. 1.  
Quemadmodum enim patroni libertos à miseriâ servili, ita Advoca-  
ti obnoxios potestati judicum à periculo litis liberant. Vall. 4.  
Eleg. 2. Nonnunquam *Causidici*. l. quisquis. 6. C. de postul. l. qui neces-  
sario. 2. C. de Advoc. 1. quia causam dicunt, orant & perorant. l. 9.  
l. 11. §. 1. l. 13. C. de Advoc. 1. Subindè etiam *Oratores & Rhetores*. l.  
33. §. 1. C. de Episcop. & Cleric. l. 3. §. 9. C. de V. J. E. Sæpè *Togati* no-  
minantur. l. 3. l. 5. l. 6. l. 8. l. 11. §. 2. l. 15. in pr. C. de Advocat. 1.

Th. IV. *Advocati* voce quodammodo explicatâ & relictâ Defini-  
tione nominali, ad realem me accingo. Definatur autem Advoca-  
tus, quod sit *Orator*, qui pro aliis postulat, h. e. desideria aliorum in iure  
judiciove exponit, aut aliorum desideriis pro aliis contradicit. l. 1. §. 2.  
ff. de postul. Schnobel. disp. 3. th. 1. Genus definitionis est *Orator*, in-  
telligi autem eruditum, secundum l. 2. C. de postuland. res ipsa docet,  
cum ad ejus officium rectè administrandum eruditio, conjunctam  
experientiam habens, requiratur, uti infra ostendetur. *Differentia*  
petita est ab ipsis functionibus Advocatorum.

Th. V. Dividuntur *Advocati* in *Vulgares* & *Advocatos Fisci*. *Vul-  
gares* dicuntur, qui causas privatorum; *Advocati Fisci* verò, qui publi-  
cas & fiscales tractant. l. 1. C. de Advoc. Fisc. sive qui Fiscus nomine agunt.  
l. 3. C. eod. Vocantur & *Patroni Fisci*. l. 8. l. 10. l. 12. C. de Advoc. 1.  
item *Patroni Ærarii*. l. 8. C. de Advoc. 2. *Vulgares* iterum sunt vel  
*statuti* vel *supernumerarii*. *Statuti* illi vocantur, quorum no-  
mina sunt scripta in matricula seu albo Advocatorum. l. 13. C.  
de Advoc. 1. l. 1. C. de Advoc. 2. seu qui recepti sunt in colle-  
gium sive consortium Advocatorum. l. 8. l. 11. §. 1. l. 12. C. de  
Advoc. 1. l. 3. in pr. l. 5. in pr. l. 7. C. de Advoc. 2. l. ult. C. de postul. Et  
his annumerari hodiè possunt (1) *Advocati ordinarii*, qui ad cer-  
tum Judicium sunt constituti, ita ut nullus alius, quàm hi ordinarii,  
in illo admittatur, uti in Curia Provinciali hujus loci receptum est.  
*Vid. Ordinat. Cur. Provin. Jen. art. 5.* (2) *Advocati Aulici*, quorum fidei  
tractatio causarum in Aula vel Regimine Principis occurrentium  
tantummodo conceditur. *Vid. Ordinat. Provinc. Serenissimi Saxo-  
niæ*



niæ Ducis, ERNESTI, p. 2. C. 1. tit. 8. von *Advocaten* und *Procuratorn*.  
*Supernumerarii* dicuntur, qui ultra statutum numerum sunt, nec  
in scripti matriculæ. l. 12. C. de *Advoc.* 1. ibiq; Dn. Brunnem. Et hî  
hodiè dici possunt *extraordinarii*, qui tantum iis in judiciis, ubi  
nulli certi *Advocati ordinarii* constituti sunt, postulare possunt.

Th. VI. Affinis *Advocato* est *Procurator*, hætenus, quod uter-  
que circa aliena negotia versetur. In aliis tamen inter se distin-  
guuntur. Ille enim precibus aditur, Hic mandato constituitur:  
*Advocato* sum susceptus vel cliens, *Procuratori* Mandator ac  
Dominus: *Advocatus* tantum ad iudicium, *Procurator* verò ad  
alia quoque negotia constituitur: Denique *Advocatus* sive sit or-  
dinarius sive *extraordinarius*, modò *Judici* ratione jurisdictionis  
sit subjectus, invitus compelli potest ad patrocinium suscipiendum,  
& quidem sub pœnâ interdictionis fori. l. 18. ff. de *Pœn.* nisi justas  
& legitimas excusationis causas habeat. Gail. lib. 1. *Obser.* 43. n. 9.  
& 12. *Procurator* verò non potest, quia per contractum constitui-  
tur. Contractus autem ab initio sunt voluntatis, ad quos nemo  
invitus cogi potest l. 17. §. 3. ff. *commod.* l. 5. C. de *oblig. & act.* ibiq;  
Dn. Brunnem. Qui plures differentias desiderat, videat Alex-  
andr. in rubr. C. de *Procurat.* & Jason in d. rubr. qui sex recenset.  
Add. Gail. d. *Obser.* 43. per tot. Quamquam sæpissimè aliquis & *Ad-  
vocatus & Procurator* simul esse possit, testante Gail. d. lib. 1. *Obser.*  
44. n. 8. unde etiam utriusque nomine *salaria* rectè exigit, per l.  
14. C. de *erogat. milit. ann.* ibiq; Dn. Brunnem. Gail. cit. loc. Ma-  
gnif. Dn. Richter/*Incluta Facult. Jurid. in hac Alma Salana Ordinarius*  
*venerandus*, p. t. *Decan. spectabil. & Decret. P. P. famigeratissi-*  
*mus, Patronus noster summâ animi observantiâ colendus*, ad l. 5. C.  
de *pañt.* Et tantum de *Definitione & Divisione* sufficiant.

## CAPUT II.

Personas, quæ *Advocationis*  
munus subire & pro aliis postulare nequeunt,  
cum requisitis *Advocatorum* exhibet.

Th. I.



Th. I.

Videamus nunc, quibus personis munus Advocacionis competat, quibus verò non. Ubi sciendum, quod in numero Advocatorum esse & pro aliis generaliter omnes postulare possint, qui non expressè prohibentur. *l. mutus. 43. §. 1. ff. de Procurat. l. qui accusare. 8. ff. de accus. & inscript. Umm. Diss. ad Process. 2. th. 5. & 6. Rosbach. in Process. Civil. tit. 18. num. 3. & seqq. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 18. c. 3. lit. R. Hunn. in Encyclop. Jur. p. 2. cit. 38. c. 1. & Dd. communiter.* Prohibentur verò vel *Edicto*, vel *Lege*, vel *Sententia Judicis*. Dn. Hahn. ad *Vvesenb. tit. de postul. n. 4.* *Edicto* vetantur nonnulli omnimodè & simpliciter, ita ut neque pro se, neque pro aliis postulare possint, quales sunt (1) *Minores 17. annis. l. 1. §. initium. 3. ff. de postul. l. 2. C. qui legit. stand. in judic. pers. hab.* Hillig. ad *Donell. d. lib. 18. c. 3. lit. S. B. Ungep. Ex. 2. q. 10. in Neg. Magnif. Dn. Struv. Synt. 7. C. Ex. 7. th. 14.* Dn. *Wissenb. ad ff. p. 1. Ex. 1. th. 2. & 3. ubi insimul dubia removet.* (2) *Surdus*, qui prorsus non audit. *d. l. 1. §. initium. 3. ff. de postul. ratio additur in d. l. quod non sit permittendum ei postulare, qui decretum Prætoris exaudire non potest.* Hillig. ad *Donell. d. lib. 18. c. 3. lit. T.* Idem obtinet in *muto*, *arg. l. 1. §. 1. ff. de postul. Dn. Wissenb. cit. loc.*

Th. II, Porro *Edicto* non in totum, sed pro aliis tantum postulare prohibentur (1) *Fœmina. l. 31. §. 6. de neg. gest.* Remotum enim est à pudore sexus, eas virilibus officiis fungi. *l. 1. C. quand. mulier tut. off. l. alienam. 18. C. de procurat. l. 2. ff. de R. 7.* Virile autem est officium alienæ causæ præesse, intercedere & patrocinium suscipere. *d. l. 2. de R. J. l. 32. §. 2. de recept. qui arbitr. recep. l. 54. de procurat. atque adeò civile & publicum. d. l. 2.* Officia autem publica & civilia viris non mulieribus deferuntur. *d. l. 2. & d. l. 1. C. quand. mulier. tut. off.* Hinc *D. Paulus 1. Cor. 14. v. 34. ait: turpe est mulieribus in virorum cœtu verba facere.* In propriis autem causis mulieres in judicio comparere, agere & se defendere non prohibentur. *l. 4. C. de procurat. ibiq. Dn. Brunnem. Johann. Zanger. de Except. p. 2. c. 8. n. 95. B. Dn. Carpz. p. 1. const. 1. d. 30. Magnif. Dn. Struv. Ex. 7. th. 14.* Et hoc quidem secundum jus civile ita se habet, ubi propriam suscipere defensionem non virile, sed cujusvis est officium. Nec enim rei suæ benè gerendæ occasio cuiquam est auferenda. *l. 4. l. 9. C. de procurat.*

Th. IV.



Th. III. Secus est quoad Jus Saxonicum, ubi neque pro se, neque pro alio postulare fœmina potest, nec habet legitimam standi in Judicio personam, nisi ad instar minoris Curatorem ad litem acceperit. Sandrecht. lib. 1. art. 44. & 46. Coler. p. 1. Decis. 67. n. 17. Constit. Elect. 15. p. 2. ibiq; B. Dn. Carpz. Quapropter sive actrix sit, sive rea, judicialiter nihil omninò agere potest sine constituto Curatore ad litem, quem ei Magistratus etiam ex officio dare tenetur, ne judicium eludatur. Ordin. Proc. Jud. Elect. Saxon. tit. 3. §. da sie aber. Möller. lib. 1. semest. 18. n. 8. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 1. d. 30. Atque hoc etiam servatur in illis locis, ubi vel jus Saxonicum receptum, vel ista constitutio Curatoris ad litem consuetudine aut statuto introducta est. Dn. Hahn ad Wesenb. tit. de post. n. 4. Add. Magn. Dn. Struv. Ex. 31. §. ult. Grot. 2. Isag. ad Jurispr. Holland. c. 4. in fin. Sand. de feud. Geldr. tract. 3. C. 2. Wissenb. ad ff. p. 1. disp. 11. §. 6. ibiq; alleg. Christin.

Th. IV. (2) Cæci, quia, ut inquit Ulpianus in sæpè alleg. l. 1. §. 5. ff. de postul. videre & revereri Magistratus dignitatem & insignia non possunt. Quænam autem illa insignia sint, vid. apud Cujac. 26. Observ. 38. in fin. Add. Dn. Wissenb. cit. disp. 11. §. 7. (3) Infames d. l. 1. §. 5. de postul. Est enim Advocati officium honestum atque nobile. l. 7. C. de postuland. quod infames obire nequeunt. Non tamen in totum de jure civili postulare prohibentur: Nam pro se & certis quibusdam personis admittuntur. Vid. l. 1. §. 6. & seq. de postul. Magn. Dn. Struv. Ex 7. §. 15. Atque hæ personæ prohibitæ, ne volente quidem adversario, rectè postulant. l. 7. ff. de postul. Quia prohibitio non propter favorem litigantium, sed propter publicam utilitatem fit, cui pactis privatorum derogari nequit, per l. 38. & l. 28. ff. de pact. Magn. Dn. Struv. Ex 6. §. 45.

Th. V. Lege postulatio interdicitur (1) Judicibus ac Arbitris in eâ causâ, quam judicaturi sunt, l. quisquis. 6. C. de postul. Est enim incompatible, ut quis sibi ipsi consilium suggerat, pro parte loquatur, & simul Juri consonam sententiam ferat. Dn. Brunnem. ad d. l. 6. C. de postul. Hinc non potest quis esse Judex in eâ causâ, in qua fuit antea Advocatus, ob affectionem ad causam, Menoch. lib. 1. A. l. Q. c. 73. n. 4. Barbof. ad. d. l. 6. Bachov. ad Treutl. vol. 1.

B

disp.

7.



*Disp. 8. §. 3. lit. C.* Ideoque in Camerâ Spirensi aliisque judiciis hæc reperitur constitutio, ut, qui in numeram Advocatorum cooptantur, operam suam partibus amplius præstare non possint, uti testatur. Dn. Brunnem. *ad d. l. 6. C. de post. (2) Clericis. c. 1. & duob. seqq. de postul.* Absurdum etenim est, imò etiam opprobriosum Clericis, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium. *l. repetitiv. 41. C. de Episc. & Cler. l. consulto. 23. C. de testam. & tot. tit. X. ne Cleric. vel Monach. secular. negot. se immisc.* Pro se tamen ipsis & Ecclesiâ suâ, vel, si necessitas immineat, pro personis conjunctis aut miserabilibus postulare possunt. *d. c. 1. & c. ult. de postul. c. decrevit. 1. dist. 88. Add. B. Dn. Ungep. in Comm. ad Decret. tit. de post. n. 6. & seqq. & B. Dn. Carpz. in Jurispr. Consist. lib. 1. def. 89. (3) Potentioribus. tot. tit. C. ne liceat potentior. (4) Liberto contra Patronum. arg. l. 2. l. 5. ff. de obseq. parent. & patron. præst.* Et aliis denique omnibus, qui legitimam standi in judicio personam non habent.

Th. VI. *Sententiâ* judicijs alicui interdicitur ob contumaciam, delictum vel aliam causam. Et quidem vel ad tempus, puta quinquennium, vel in perpetuum. *l. 9. in pr. l. 5. & 6. ff. de postul.* Hinc si contra prohibitionem nihilominus postulaverit, pœnâ ex Edicto afficiendus erit arbitrariâ. *l. 1. §. 6. in fin. ff. de postul.* Utpote quæ toties locum habet, quoties lex prohibet aliquid, nullâ certâ pœnâ adjectâ. *Gl. & Dd. ad l. 3. C. de Ss. Eccles.* Si tamen Magistratus apud se tantum postulare prohibuerit, coram successore ejus nulla obstabit prohibitio, nisi indefinitè postulationibus sit interdictum. *l. puto 6. ff. de postul. l. 1. C. eod.* Sed queritur hic, an prohibitus advocare, domi litigantibus in scriptis consulere possit? Affirmant hoc Wesenb. in parat. ff. de postul. n. 5. ibiq. Dn. Hahn. Magon. in Cynof. Advoc. c. 11. n. 5. & alii apud Hillig. ad Don. lib. 18. c. 3. lit. HH. allegati, quod pœnæ sint strictissimè accipiendæ, & diversa sit ratio postulandi & consulendi. Sed minus tuta hæc videtur cautela, cum advocare propriè in scriptis fiat, quapropter Judex finem non impetraret, cum æquè in scriptis maledicus esse possit Advocatus, & ideo hoc negant Marq. Freher. lib. 3. de infam. c. 26. n. 15. Umm. ad Process. disp. 2. §. 5. n. 26. Add. Dn. Brunnem. *ad l. 1. C. de postul.*

Th.



Th. VII. Consideratis Personis, quæ postulare prohibentur, ad  
requisita Advocatorum nos accingimus, quibus pertractatis sta-  
tim patebit, quibus istiusmodi munus committendum sit.  
Requiritur autem (1) in Advocatis *fides ergà Deum. l. rem non novam.*  
*12. §. ult. C. de Judic.* Nisi enim Advocati, ut Christianos decet,  
de Deo ac Religione ritè sentiant, in numerum Advocatorum re-  
cipiendi non sunt. *l. fin. C. de postul.* Et quidem meritò, quoniam præ-  
sumptio contra eos militat, quod bonâ conscientîâ causas non sint  
acturi, sed potius operam daturi, ut turpis lucri gratiâ lites  
producant & penè diurnas faciant. (2) requiritur in Advo-  
catis, *ut rectè inter homines agant.* Hoc verò faciunt, quando, se-  
cundum primum juris præceptum, honestè vivunt, i. e. *sobriè &*  
*continenter, neminem exemplo suo malo offendendo.* Nihil enim ma-  
gis mores vulgi perdit, quàm si viri docti, liberalibus artibus im-  
buti ac in dignitate constituti, quales etiam sunt Advocati, per *l. 4.*  
*C. de Advoc. 2.* dissolutè vivant luxuque tempus diffluant.

Th. VIII. (3). Requiritur in Advocatis *facundia sive eloquentia. l. 7.*  
*in pr. C. de Advoc. 2.* Unde etiam dicuntur *disertissimi. l. 13. C. de*  
*Advoc. 1. l. 5. l. ult. C. de Advoc. 2.* item *clarissima eloquentiæ lumina.*  
*l. 6. C. de facundia studijs eruditi. l. 7. C. eod.* (4) *juris scientia. l. 11.*  
*§. 1. C. de Advoc. 2. l. 2. C. de postul.* Advocati enim non minus,  
ut iudices, duplici sale semper instructi esse debent; Scientiæ  
nimirum, ne sint insipidi, & conscientiæ, ne sint diabolici. Dn.  
Nicol. in *Process. Judic. p. 1. c. 6. fin. 2. in n. ibiq. allegat.* Menoch. de  
A. J. Q. Hillig. in *Donell. Enacl. lib. 17. c. 24. cit. E.* Hinc non  
solum Advocati, qui Jus, in quo versantur, ignorant, reprehensionem  
merentur, quod & turpe est. *l. 2. §. Servius. 43. ff. de O. 7.*  
Sed etiam pœnis legum obnoxii redduntur, trita siquidem juris  
regula est: *Quisquis id scire tenetur, quod ad officium suum pertinet.*  
*l. 1. & 4. vers. Advocatos. ff. de extraord. cognit. l. leges. 9. C. de LL.*  
*Nec obest, quod illiteratus interdum Judex esse queat.* Felin. in *c.*  
*sciscitatus. 13. X. de Rescriptis n. 8.* Jason. in *l. certi juris. 17. C. de judic.*  
Alia enim est ratio, cum eruditos consulere atque assessores lite-  
ratos haberi possit, sed Advocato hoc permissum non est, cum  
ipsemet potius ad consulendum constitutus sit. Alphons. de AZe-  
vedo in *Const. Reg. Hisp. lib. 2. tit. 6. l. 3. n. 1.*

B 2

0 2.

7.



Th. IX. Et propterea non minus rectè quàm laudabiliter, præ-  
 fertim in Electoratu & Ditionibus Saxonis, receptum est, ut ne-  
 mo ad Advocationis munus admittatur, nisi aut Doctor, vel Li-  
 centiatus sit, aut ad minimum eruditionis & pietatis suæ testimo-  
 nium exhibuerit. Ordin. Torg. de anno 1583. tit. von Advoca-  
 ten und Procuratorn. B. Dn. Carpz. p. 1. const. 1. d. 18. B. Fibig. in  
 Process p. 1. c. 2. m. 3. §. 1. n. 1. Advocati siquidem improbi, illi-  
 terati & rabulæ forenses, qui eruditionis suæ nequeunt exhibere testi-  
 monia, meritò à foro removentur, ut liquet ex Ordin. Cam. p. 1. tit.  
 18. Add. Ord. Proc. Elect. Saxon. tit. 3. §. besonders aber wollen wir &c.  
 & Ordin. Provinc. Serenissimi Ducis Saxonie ERNESTI. p. 2. Const.  
 1. tit. 8. von Advocaten und Procuratorn, ubi hæc habentur verba:  
 und nachdem die Erfahrung bezeuget / daß offtermahls gemeine  
 Bürger / als etwa Schuster / Schneider / oder andere Handwercks-  
 leute / so dieser Dinge keinen Verstand haben / Ihr Handwerck und  
 Handthierung verlassen / und dargegen des procurirens sich unter-  
 stehen / alleine daß Sie die Arbeit fliehen und dahin sehen / wie sie bey  
 guten saulen Tagen bleiben &c. Als sollen unsere Beampte &c. Confer.  
 Rosbach. in process. civil. tit. 18. n. 9. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 18. C.  
 3. lit. P. P. Q. Q. Dn. Mæv. p. 1. decis. 18. Dn. Nicol. in Process. p. 1.  
 c. 6. n. 1. Magnif. Dn. D. Richter / in elegantiss. Tract. ad Auth. Habita.  
 C. ne fil. pro patr. Disp. 2. pag. m. 34. It. Vol. 2. consil. 196. n. 2. & 3.  
 ubi probos & eruditos Advocatos lumina, Rabulas verò pestes  
 Reipubl. appellat. Atque hoc Inclyt. Scabin. Jen. M. Octob. 1626.  
 ad requisitionem Regiminis Sondershusani confirmavit sequenti Respon-  
 so: daß Ihr NN. da derselbe jura ex professo nicht studiret / sondern nur  
 bey denen Practicis vor einem Amanuensem sich gebrauchen lassen / und  
 seines profectus kein publicum testimonium vorzulegen hat / das advociren  
 und procuriren in solcher Graffschafft / Cankelen und Gerichten einzu-  
 legen und zuverbiethen berechtiget. B. N. W.

### CAPUT III.

## Causas, in quibus patrocini- um præstare Advocati possunt, continet.

Th. I.



Th. I. Antequam ad Officiū Advocatorum pertractandum nos accingamus, paucis etiam causæ, quarum Patrocinium suscipere possunt, pertractandæ erunt, ubi generalis se offert regula, quod tam in civilibus quàm criminalibus patrocinium suum petentibus prestare possint. In civilibus quidem tam à parte actoris, quàm à parte rei. Cum enim de justitiâ causæ non exactè constet, nisi evolutâ verâ facti specie, & propositis utriusque partis juribus, rectè in explicandâ causâ pro utrâque parte laborant Advocati. l. 14. C. de Advoc. l. 14. §. 1. C. de judic. Magn. Dn. Struv. Ex 7. 9. §. in pr.

Th. II. Non verò Advocatus semel uni parti promisso patrocinio, cognitisque ejus juribus & actis, illud postea recusare, alterique & adversæ parti patrocinari potest. Magn. Dn. Struv. d. Ex. 7. th. 10. Nam si consilium saltem pro aliquo dederit atque conscripserit, ad adversarii causam defendendam ut profiliat, honestas non admittit. Schnobel. ad ff. Disp. 3. th. 4. Variare siquidem non licet Advocato, ut modo hujus, modo illius partis patrocinium suscipiat. Talis enim non prævaricationis modò, sed & falsi reus est. arg. l. 1. §. 6. ibique Gothofred. ad L. Corn. de fals. l. 1. ff. de prævaricat. l. 38. §. 8. de pæn. Treutl. vol. 1. disp. 8. th. 3. lit. A. Befold. in Thesaur. pract. verb. Vera rãther. p. 828. Add. P. 2. O. art. 115. Unde ab hac prævaricatione tanquam ab igne abstinendum esse, monet Angel. in l. Labeo. 10. ff. de servit. rust. prad. Petr. Heig. p. 2. q. 4. n. 15. Add. illa, quæ in seq. cap. th. 12. dicturi sumus. Neque Advocatum excusat, quod pars, cui prius promisit operam suam, renuerit salarium præstare. Potest enim judicem, ut compellat partem ad solutionem debiti salarii sibi faciendam, adire, uti benè scribit Joh. Gutierrez. lib. 1. quest. pract. 30. n. 2. B. Dn. Carpz. 3. Respons. Elect. 4. Exceptionem quidem tradit Paul. de Castro ad l. fin. ff. de postul. Advocatisque licentiam variandi concedit eo in casu, quando aliquis pluribus Advocatis ostendit jura sua, ad hoc, ne contra ipsum starent, partisque adversæ defensionem susciperent: Aliàs enim daretur ansa auferendi Advocatos. Verum valdè periculosa hæc limitatio est. Nam quando semel Advocatus vidit jura & merita causæ unius partis, impossibile est omninò, quod absque labe prævaricationis possit contrariæ parti





patrocinium præstare, præsertim si spem obtinendi priori parti de-  
derit. Præterea si de hac fraude & dolo manifestè constet, quod scil.  
pars ostenderit sua jura omnibus vel præcipuis Advocatis alicujus  
loci, eo animo ut auferat bonos Advocatos adversæ parti, acce-  
dere potest autoritas judicis, ad hoc, ut patrocinium postmodum  
alteri præstare possint, ubi omnis cessat præsumtio fraudis, ut bene  
trahit Alphon. de Azeved. *in Const. Reg. Hispan. lib. 2. tit. 16. lib. 17.  
n. 6. in fin. Add. Magn. Dn. Struv. Ex 7. tit. 10.* ubi monet, quod ali-  
quando, si causam nondum susceperit Advocatus, modo absit mali-  
tia, alteri parti addicere operam possit, tutius tamen esse, ut Magi-  
stratus præscitu id fiat.

Th. III. *Queritur hic (1) An Advocatus, qui à parte actoris stetit* Qu. 1.  
*in causa principali, victoriamque obtinuit, parti adversa contra execu-  
tionem intentatam possit patrocinando adstipere? Neg.* utriusque enim  
partis patrocinium Advocatus in unâ instantiâ eademque causâ sub  
pœna prævaricationis suscipere prohibetur *in l. i. ff. de prævaric. Vid.  
Bart. in l. si quis aliquid. 37. §. instrumenta. 9. ff. de pœn. Farin. in Prax.  
Crim. lib. 1. tit. 1. quest. 4 n. 14.* Ergò nec in executione, quia causa  
& instantia ante executionem finita haud est. Dan. Möll. *ad Const.  
Elect. 7. p. 1. n. 10.* Sententia siquidem nullam utilitatem habet, nisi  
executio ejus sequatur. *c. cum aliquibus. 6. X. de sentent. & re. jud.  
Gl. in rubr. C. de execut. rei jud. Jacob. Schult. Observat. 37. n. 5.* Et si  
Advocatus, qui Clientis secreta pandit causamque prodit, vel etiam  
instrumenta unius partis apud se deposita alteri ostendit, crimen  
prævaricationis & falsi incurrit ejusque pœnam meretur. *l. i. l. si is.  
4. ff. de prævar. l. prævaricatores. 212. ff. de V. S. l. 1. §. is qui deposita. 6.  
ff. de fals. Par. de Puteo in tract. de Syndic. tit. de Excess. Advocator.  
n. 6.* Multò magis is prævaricator erit, qui clientem, quem hætenus  
in justâ causâ defendit, malitiosè deserit, rem judicatam impugnat,  
& ex castris actoris in castra rei proditâ causâ transit. Prosper. Fa-  
rin. *in Prax. Crimin. lib. 1. tit. 1. quest. 4. n. 15.* Hinc etiam Advoca-  
tus, qui in primâ instantiâ Actoris præstitit patrocinium, Reum in  
secundâ instantiâ tutari nequit, & vice versa.

Th. IV. *Quer. (2) An Advocatus in causâ Clientis idoneus sit te-* Qu. 2.  
*stis? Neg. per. c. si testes omnes. 3. §. Patroni quoque. 4. q. 3. ubi*  
ex



expressè prohibetur, ne patroni in causâ, cui patrocinium præstant, testimoni-  
monium dicant. Idem per l. ult. ff. de test. confirmatur, in verb: man-  
datis cavetur, ut Presides attendant, ne patroni in causâ, in qua patrocini-  
um præstiterunt, testimonium dicant. Bald. in l. dictantibus. 22. C. de  
testam. n. 14. ibique Jason. n. 7. & 8. Spec. ad tit. de test. §. 11. n. 74.  
Felin. ad c. cum a nobis. 13. X. de testib. Dec. ad c. insuper. X. eod.  
Prosp. Farin. de testib. q. 60. n. 155. & seqq. Matth. Coler. p. 2. decis.  
241. n. 1. Anton. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 19. Nemini enim in  
propriâ causâ est credendum. l. nullum. 14. & l. omnibus. 10. C. de te-  
stib. Dicitur autem propria causa, in quâ alicujus commodum aut  
interesse versatur, vel ex quâ quis commodum percipit & detri-  
mentum avertit, quin etiam laudem & honorem consequitur, &  
dedecus ac vituperium avertit. l. 1. §. in propriâ causâ. ff. quando ap-  
pelland. Farin. d. q. 60. n. 21. Nunc ita argumentari possumus: Cui-  
cunq; ex aliquo facto laus & honor, si bene, & vituperium, si malè egit,  
obvenit, ille testis esse non potest. Atqui Advocatus ex causa Clientis vel  
laudem vel vituperium consequitur. l. ult. ibiq; Gothof. ff. de testib.  
Ergò. Si verò veritas aliter haberi non possit, in subsidium saltem  
testimonium Advocati erit recipiendum circa probationem actus,  
in quo alii testes non intervenerunt, secundum sententiam com-  
munem, à quâ in judicando haud est recedendum, ut dicit Albert.  
de Malet. in tract. de testib. c. 4. n. 6. Lanfranc. de testib. n. 69. Cam-  
peg. de testib. reg. 58. in 5. fallent. Joseph. Mascard de Probat. vol. 1.  
concl. 66. n. 14. Contra clientem verò Advocatus admittitur. An-  
ton. Faber. d. def. 19. n. 1. in fin. Accurs. in l. ult. ff. de testib. Nell. in  
tract. de testib. n. 31. Albert. de Malet. de testib. c. 4. n. 5. Specul. in  
tit. de testib. §. 1. vers. quid si Advocatus. Interim ratione ejus, quod  
Advocato à Cliente secretò revelatum est, testimonium dicere ne-  
quit. Berlich. decis. 101. Magn. Dn. Struv. Ex 28. rh. 40.

24. 3. Th. V. Quer. (3) An Advocatus juramentum suo Clienti delatum  
prestare possit? Affirmat l. 9. §. 6. l. ult. §. 2. ff. de jurejur. c. 2. de testib.  
in 6to. Negat verò l. 12. §. 4. C. de reb. cred. & jurejur. Quæ leges,  
ne inter se invicem pugnent, ita conciliari possunt: Adversarius de-  
ferens juramentum, vel contentus est juramento Advocati, vel  
non; Illo casu subdistingvitur: Utrum juramentum præstetur in uti-  
li.



litatem Principalis, & admittitur etiam absque mandato Advocatus, de quo casu *d. l. 9. & ult. §. 2. intelligenda*: Utrum verò in detrimentum Principalis vergat, & tunc speciale requiritur mandatum. *d. l. 17. §. ult. ff. de jurejur.* Hoc verò casu, si non contentus sit adversarius juramento Advocati, sed, ut ipse Dominus sive Principalis præsens juret, exigat, tunc Procurator seu Advocatus, etiam si speciale mandatum habeat, non admittitur, sed Dominus ipse jurare cogitur. *d. l. 12. §. 4. C. de reb. cred. ibiq.* Dn. Brunnem. Berlich. *p. 1. concl. 33. n. 3. & 4. Matth. Vvesenb. in paratit. ff. de juram. n. 8. B. Dn. Carpz. p. 1. const. 12. def. 39.* De jure verò **Saxonico** quodvis juramentum, sive judicialiter, sive in supplementum delatum, sive purgatorium, vel etiam calumniæ fuerit, in propriâ personâ præstari debet, nec admittitur Procurator vel Advocatus alterius nomine jurare volens, etiam si ad id habeat speciale mandatum. *Land R. lib. 1. art. 46. Ordin. Proc. Judic. tit. 18. §. Es soll auch ein ieder &c. Rosbach. in process. art. 11. sub tit. von der Klage aufs Gewissen. Andr. Rauchb. p. 1. q. 8. n. 11. quod justissimâ nititur ratione, siquidem juramentum quid personalissimum est. c. 14. X. de jurejur. Cujusmodi per Procuratorem & interpositam personam fieri nequit. d. l. 12. §. 4. C. de reb. cred. Et magis solliciti sunt de salute animæ litigaturientes ipsi jurantes in propriâ personâ, nec tam faciliè ad litigandum prosiliunt, quàm si per Procuratorem admittantur. Ventur. de Valent. in Parth. litig. lib. 2. c. 7. n. 12. B. Dn. Carpz. cit. def. 39. Add. Magn. Dn. Struv. Ex. 7. th. 17. ibiq. alleg. Ordin. Judic. Provinc. Saxon. Jen. c. 27. ubi habetur exceptio quædam.*

Th. VI. *Quer. (4.) An Advocatus contra Principem suam causam defendendam suscipere possit?* Ita videtur, quia in Edicto de postulando non prohibitum est. Verum meritò Advocatus à causis defendendis contra Principem ac Dominum Territorii (wieder seinen Landes Fürsten und Herrn) abstinet, præsertim si causa dubia & minus justa videatur. *Ord. Torg. de anno 1583. tit. von Advocaten. §. sonderlich aber sollen Sie &c. Ord. Process. Jud. tit. 3. von Advocaten und procuratorn vers. die unterthanen wieder Ihre Obrigkeit &c.* Et si hoc faciat, ipsi non solum Advocatura interdici, sed & alio extraordinario modo puniri potest. *Nobil. Dn.*

*Qu. 4.*

*(aut)*



Dn. Bechmann / in Comm. ad ff. p. 1. Ex. 8. n. 59. Secus est, si subditi iustam litigandi causam habeant, tunc enim Advocatus, licet & ipse colligantis Superioris jurisdictioni subjectus sit, absque ullo personarum respectu etiam subditis patrocinium suum præstare potest pœnamque non incurrit, multò minus jura civitatis amittit. d. Ord. Torg. von Advocaten. §. 4. vers. es sey scheinlich. Bald. in l. quoniam iudices. 21. ff. de appellat. n. 2. Berlich. p. 1. concl. 9. n. 42. et seqq. Dn. Mæv p. 1. Dec. 155. B. Dn. Carpz. p. 1. const. 1. def. 21. n. 4. Nicol. in Process. Jud. p. 1. c. 6. n. 9.

Th. VII. Idem obtinet in Vasallo, qui contra Dominum feudi sua sponte patrocinium præstare nequit, arg. 2. F. 24. §. 2. & 2. F. 33. §. 1. Quia Domino ad fidelitatem, quæ in exhibendâ reverentiâ, promovendo commodo & avertendo damno consistit, obstrictus est. 2. Feud. 6. 7. 22. & 23. Hinc si secus fecerit Vasallus atque patrocinium contra Dominum susceperit, tanquam contra Dominum militans eumque non defendens, feudo privari potest. arg. 1. Feud. 5. 1. Feud. 21. Arum. Disp. ad ff. 5. 0. 4. Accedit, quod Vasallus Dominum defendere teneatur in prælio campestri. d. 1. F. 5. Judicium verò dicitur iudiciale certamen. l. Advocati. 14. C. de Advoc. 1. Ergò etiam in iudiciali certamine Dominum defendere neque oppugnare debet, secundum Afflict. Dec. 265. n. 46. Guid. Pap. Decis. 551. n. 1. Panorm. in c. cum Sacerdotes. n. 2. cum seq. de postul. Gail. 1. observ. 88. n. 5. Dn. Hahn. ad Wesemb. de postul. n. 5. Sed hoc itidem, perinde ut priori casu, limitatur, quod secus sit, si necessarii officii ratio Vasallo hoc patrocinium imperaverit. l. 6. ff. de postul. l. 5. §. 13. ff. de his quib. ut indign. Vultej. 1. Feud. c. 11. n. 27. Bachov. ad Wesemb. tit. de postul. n. 6. Arum. cit. disp. 5. 0. 4. Dn. VVissenb. ad ff. p. 1. disp. 11. 0. 8. v. g. Si tutor sit, vel si iussu Superioris causam suscipiat defendendam, quæ cautela hodiè familiaris, ut contra Patriam vel Superiorè Advocatus alteri patrocinaturus imploret consensum & mandatum Supremi Magistratus. Gail. 1. observ. 88. n. 8. Hillig. lib. 18. c. 3. lit. LL. Dn. Brunnem. ad l. 2. C. de Advoc. 1.

Th. VIII. Et tantum de civilibus causis, quarum patrocinium Advocatus suscipere potest. Criminales quod attinet, dubium planè nullum est, earum patrocinium licitum esse. Nobil. Dn. Bechmann / ad ff. p. 1. Ex. 8. n. 54. Defensio enim est juris naturalis,

C

quæ



quæ ne bestiis quidem, nedum homini, imò nec diabolo auferri debet. *l. ut vim. 3. ibique Jason. n. 17. § l. 1. §. cum arietes. 11. ff. si quadr. paup. fec. dic. l. 4. § 5. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. unde vi. Hippol. de Marsil. ad l. 18. §. cogniturum. 9. de questionib. n. 47. Cæpoll. Consil. crim. 44. n. 4. item Consil. 66. n. 3. Meritò itaque Rei defensio admitti debet. In criminalibus siquidem cognoscendis ac judicandis non solum Accusatorum probationes; Sed etiam Reorum vel Inquisitorum argumenta defensionis, quæ per se favorabilia sunt. Fachin. lib. 1. controvers. c. 24. Treut. vol. 2. D. 26. §. 3. lit. G. Vult. lib. 1. Discept. Schol. c. 11. Cujac. lib. 20. observat. 20. Dan. Moll. lib. 1. Semestr. c. 24. n. 4. accuratè ac diligenter intuenda ac consideranda sunt. Nic. Reus. lib. 3. Consil. 17. in pr. Hinc, si Inquisitus ob paupertatem se defendere nequeat, Magistratus ex officio ipsi Advocatum constituere & ex publico impensas solvere tenetur. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. nunc videndum. Non enim indefensus Reus esse debet. *l. ult. in fin. C. de his qui latron. l. factum. 12. l. accusationis. 17. C. de accusat. l. 29. ff. de pæn.* Quod etiam dispositum reperitur in Ordin. Crim. Carolin. art. 47. in fin. *verba ita se habent:* Wo aber der verklagte oder seine Freundschaft solche obgedachte unkosten armuth halber nicht ertragen oder erleiden mögen / damit denn nichts desto minder das übel gestrafte oder der unschuldige wieder Recht nicht übereilet werde / so soll die Obrigkeit die kosten darlegen und der Richter im Rechten verfahren.*

Th. IX. Favor itaque Defensionis, uti ex antecedentibus liquet, magnus est, adeò ut ipsemet judex ex officio defensiones rei inquirere, eas supplere & quoquo modo adjuvare debeat, quamvis Reus hoc non petat. *l. si non defendatur. 19. ff. de pæn. Auth. Qui semel. C. quomodo & quando judex. Panorm. in c. veniens. de accus. n. 12. Reusn. lib. 3. Consil. 4. n. 9. & lib. 2. decis. 10. n. 13.* Eleganter hoc comprobatur subsequens responsum Inclyti Scabinatus Jenens. *M. Jun. hujus anni ad consultationem Danielis Richteri, Præfectura Gothana Adjuncti, in causâ C. VV. latum, in verb.* Wenn Inquisit zu seiner defension etwas einzubringen gemeinet / so wird Ihme eine Monatsfrist darzu verstattet / und ein *Advocatus ex officio* verordnet / der seine nochturfft aus den Acten an gewöhnlich Gerichts stelle extrahire und seine *Defension* einbringe &c. Atque ex his jam patet, *Advocatum*



atum nullam omnino reprehensionem incurrere, sed potius laudem mereri, si in causis criminalibus, quæcunque tandem sint, operam suam Reilocet, modò curam suam in id unicè dirigat, ut defensio in Supremi Numinis gloriam, & proximi non tam temporariam, quàm æternam felicitatem suscipiatur, nihili faciens, an id plebi imperitæ arrideat nec ne. Atque hoc ipsum considerans Advocatus quidam, defensionem Rei in puncto veneficii non ita pridem suscipiens, Deductioni innocentia rectissimè sequentia præmittebat:

*Implorato Divini Numinis auxilio, des Hexeren halben beschuldigten J. C. G. Defension zuführen / so wird nicht unbilllich præmittiret / daß niemand Advocatum cause deswegen verdenten könne / weil (1) die Fürstl. Landes Ordt. und (2) eines jeden Christlichen Advocati Amte solches erfordert. c. fin. de heret. in 6to. l. quisquis. §. deniqz. C. ad L. Jul. Maj. l. per omnes. C. de Defensor. civit. Zumahlen wie (3) allhier das crimen nicht notorium ist. Brunnem. ad d. l. per omnes. Und werden demnach (4) die jenigen Advocaten, welche in dergleichen sachen denen gefangenen ihre hülffe versagen / oder auch andere darvon abschrecken / nicht vor wißig prædiciret. Herman. Schmiedt / Tract. vom Process. wieder die angegebene Zauberer. q. 18. n. 8. Cum itaque tam necessarium omnibus hominibus Advocati munus sit, non abs re Prætor suo Edicto hæc verba inseruit: Si non habebunt Advocatum, ego dabo. l. 1. §. 4. ff. de postul. Nur das der Richter und Advocatus beederseits ihren Zweck auf Gott und darstellung derer gerechten Unschuld richten. l. 14. §. I. C. de judic. Darzu sey auch dieses werck angezielet / und in allem thun und lassen dem drey einigen Gott / welcher über alles geliebet und gepreisset sey von ewigkeit zu ewigkeit / einzig heingestellet.*

## CAPUT IV. Officium Advocatorum

tractat.

**T**h. I. Esse Advocatorum Officium nobile, laudabile atque honorabile, quin & humano generi ac Reipubl. maximè necessarium

C 2

occa-



occasione l. 14. C. de Advoc. 1. jam dum supra in Proemio dictum est. Non minus siquidem humano generi provident, quam si patriam vulneribus ac præliis defenderent. d. l. 14. C. de Advoc. 1. ibiq. Dn. Brunnem. Gl. in c. cum ex eo. 34. de elect. in 6to. Alphons. de AZaved. in Constit. Hispan. Reg. lib. 2. tit. 16. Unde & ipsis, ad instar militum, quasi castrense peculium & alia insignia privilegia (de quibus inferius) concessa sunt. d. l. 14. C. de Advoc. 1.

Th. II. Ut autem eò facilius, quæ Advocatorum partium sunt, assequamur, primo loco quæ ab ipsis observanda sunt, antequam causam oblatam aggrediantur, consideranda veniunt. Secuti nimirum Sacratissimum Imperatorem Iustinianum, juxta Nov. 6. Nov. 85. Nov. 109. Nov. 164. l. 2. §. 1. C. de V. J. E. omnia Dei nomine & auspicio ordiantur Divinamque implorent opem, ut omnes conatus ad Supremi Numinis gloriam, Reipubl. salutem & afflictorum auxilium dirigantur, cum, secundum tritum illud,

*Nullus sit felix conatus & utilis unquam,*

*Si non consilium detq. juvetq. Deus.*

Præmissis sic pijs precibus, omnem operam adhibeant, ut quoad fieri possit, homines ad lites propendentes ad pacem & concordiam inflectant, quod & Ulpianus comprobat, dum in l. 4. ff. de alien. jud. mut. caus. fact. verecundam cogitationem ejus, qui lites execratur, minimè vituperandam esse asserit. Hinc maximis litis incommodis ob oculos propositis, amicabilem compositionem inter litigaturos tentent, cum negotiosa res sit litigare, & non rarò susceptâ lite periclitetur amicitia, dilectio mutua, à Servatore nostro Iohann. 13. tantoperè commendata, rescindatur atque divellatur, temporis quam plurimum pereat, facultates atterantur, & animi tranquillitas, omnibus rebus præferenda, perturbetur, capitales inimicitia exinde oriantur, corpus quotidie fatigetur, multa & inhonesta crimina inde consequantur, bona & utilia postponantur, qui sæpe credunt victoriam, frequenter succumbant & causâ cadant (cum litis eventus dubius sit) imò si obtineant, computatis laboribus & expensis nihil acquirant. B. Fibig. in Process. C. 1. membr. 3. §. 1. n. 2. in fin.

Th. III. Si verò Cliens seu Consultor, his omnibus spretis, omninò litigandum esse arbitretur, proximum est Officium Advocati

ti



ti inquirere in causam, an sit justa, an verò non. Et ut facilius cognitionem causæ sibi comparare possit, cum vel minima eius circumstantia jus variet. B. Fibig. in *Process. d. memb. 3. §. 1. n. 2. in fin.* ideò ab initio cum Cliente de omnibus circumstantijs disserere, ei que argumenta nonnulla objicere debet ad investigandam veritatem. Et quando statim ab initio animadvertit causam esse omninò injustam, eam non suscipere sed potius deserere tenetur. l. 14. §. 1. *C. de judic. Amel. lib. 5. de Conscient. c. 54. n. 40. & seq.* Etiam si juramentò promiserit, se ad finem usque litis operam præstiturum, arg. c. 66. *de R. 7. in 6. c. 28. de jurejur. Scotan. Disp. 17. §. 9.* Aliàs graviter peccat, etiam in foro conscientix interiori, cum tali modo delinquentes occasionem arripiant ulterius delinquendi, si vident se invenire patronos injustarum causarum. Et propterea, quia gravissimè hoc modo Advocatus in Rempubli- cam delinquit, etiam condignâ pœnâ plectendus est. Nec ipsi prodest, quod in criminalibus, v. g. in puncto homicidii, patrocini- um Advocati suscipere possint. *Resp. enim, si homicidium est dolosum hoc facere nequeunt, quia pœnâ ejusmodi homicidæ debetur de omni jure, divino, morali & civili. Secus est, si occisor præten- dit moderamen inculpatæ tutelæ. Imò interdum conscientiosi Advocati causam criminalem non nisi mandato & jussu Superiorum suscipere solent. Vid. Matth. Cun. de pact. lib. 1. c. 12. n. 15. Magn. Dn. Struv. Ex. 7. §. 5. & Nobilis. Dn. Wechman/ ad ff. p. 1. Ex. 8. n. 4.*

Th. IV. Sin verò perspiciat Advocatus, quod rationes adversæ partis quidem præstent, dubia tamen subsit causâ, ita ut justas exceptiones Cliens habeat, causæ defensionem suscipere potest, modò moneat Clientem, ne ulla falsitate utatur. Gutieretz. 1. *pract. 99. 26. & seq. Vasq. 1. controuv. 10. n. 29. Umm. Disp. 2. §. 8. n. 42.* Atque sic vel minimum id efficere potest, ut adversarius ad transactionem inducatur. Melius enim rei suæ is, qui dubiam litem fovet, consulere non potest, quàm ut vel in totum à lite discedat, vel quibuscunque remediis paciscatur atque transigat. Pruckm. *vol. 2. conf. 18. n. 161.* Secus est in causâ injustâ. *Vid. Magn. Dn. Struv. d. Ex. 7. §. 5. ibique alleg. Caccialup. de Off. Advoc. 9. 4. n. 5.* Quod si verò justitiam causæ ejusque legitimas probationes perceperit, eam, nisi foro carere velit *per l. pen. C. de postul. defendendam*

sul-



suscipere debet. Advocati enim ad præstandum officium suum litigantibus, certis ex causis patronos non invenientibus, à Præsi de judicij vel Magistratu, cui subjecti sunt, etiam inviti compelli possunt. *l. 1. §. 4. ff. de postul. l. 9. §. 5. ff. de off. proconsul. l. 5. §. 11. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt etc.* sub pœna non solum pecuniariâ, sed & interdictionis fori, ut, si legitimâ excusatione destituti patrocinium denegare non desistant, foro careant. *l. 7. C. de postul.* Ac licet nemo ad advocandum compelli possit, si tamen munus Advocati profiteatur, & in numerum Advocatorum receptus sit, tenetur etiam postulanti patrocinium præstare. *Vid. Mynsing. Cent. 4. Observ. 32. Gail. lib. 1. Observat. 43. Treutl. vol. 1. disp. 8. §. 1. lit. G. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 3. lit. EEE. Barbof. ad l. 7. C. de postul. ibique Dn Brunnem.* Et hoc non in divitum solum, sed etiam in pauperum miserabiliumque personarum causis obtinet. *l. 2. ff. de R. 7. l. 1. ff. de admin. tut. l. pen. §. qui autem. 2. ff. de vacat. & excus. muner. l. sancimus. 6. C. de Advoc. 1.* Quoniam enim bona causa bono Advocato indiget. *l. si superatus. 3. §. 1. ff. de pign.* Ideò Advocatorum officium inventum est, ut litigaturis succurrant, qui suum tueri & causam dicere ignorant. *Iacob Menoch. de arbit. jud. quest. lib. 2. cas. 369. n. 1. Cagnol. ad l. 2. §. 7. ff. de O. 7. B. Dn. Carpz. p. 1. Constit. i. def. 18. n. 2.*

Th. V. Porrò Advocatus omnia accuratè attendere & in personam Clientis inquirere debet, utrum nimirum suo an alieno, tutorio vel procuratorio, aut cesso nomine sit litigaturus, omniaque, quæ vel pro causâ vel contra eam faciunt, consignare debet. Imprimis verò, si Clientis alieno nomine litem suscipere velit, sollicitus sit de mandato legitimo. Legitimum autem id dicitur, quod clausulas consuetas in se continet, quarum vel unâ omissâ mandatum pro nullo reputatur. *Herm. Vult. lib. 2. Jurisp. Rom. c. 30. n. 29. Add. B. Dn. Ungep. in Comm. ad Decret. tit. de procur. n. 32. & seqq.* qui varia mandati requisita exhibet; Et, si hoc non fecerit, cum Cliente in judicio non admittitur. In ipso etenim mandato substantiatur judicium, ut loquitur *Bald. in l. 12. C. de procur. n. 4. Felin. in c. inter monasterium. 30. X. de sentent. & rejudic. n. 4. Iohann. Zanger. de excep. p. 2. c. 8. n. 2. & seq.* Adeò ut exceptio illegitimationis in quâvis Judicij parte opponi queat. *Bart. in l. Pom-*  
po-



ponius. 40. §. rati. 3. ff. eod. Et quàmvis exceptione hac Adversarius non utatur, Judex tamen ex officio sine mandato comparentem repellere tenetur. Zanger. d. c. 8. n. 36. Felin. in c. 1. X. de accusat. n. 1. Quod etiam disertis verbis approbat Ord. Procesf. Judic. Elect. Saxon. tit. 7. vers. weens gleich von gegentheil nicht gefochten wird &c. vid. B. Dn. Carpz. p. 1. const. 18. def. 26. Si ergò secundum Stylum hodiernum forensis Advocati simul Procuraturam suscipere velint, omninò sibi caveant, ne absque mandato legitimo compareant, quod si neglexerint, (1) nihil ab ipsis efficitur, nec eorum proposita in judicando attenduntur, sed prorsus ab actis removentur. dict. Ordin. Proc. Jud. Elect. Saxon. tit. 7. in pr. vers. das einbringen aus richterlichen Amte verwerffen. Quin etiam ipsi (2) prima vice multa quinque, secunda vice decem thalerorum, & sic deinceps puniuntur. d. tit. 7. vers. und der Advocat anfangs. Quam multam à Clientibus repetere nequeunt, arg. l. 46. §. 4. ff. de procur. Matth. Berlich. p. 1. concl. 14. n. 27. B. Dn. Carpz. cit. def. 26. ubi in fine præjudicia exhibet. Et hæc sufficiant de iis, quæ Advocatorum partium sunt, antequam litem suscipiant.

Th. VI. Ratio ordinis postulat, ut in ea, quæ Advocatis causam jam susceptam in Processu ipso competunt, inquiramus. Officium autem boni & Christiani Advocati in ipso processu seu tractatione litis potissimum in sequentibus consistit, ut (1) inquirat in forum competens, ubi nimirum actio Clientis instituenda vel Reus conveniendus sit. Actor enim ordinariè forum Rei sequi debet. l. 2. l. 5. C. de jurisd. ibiq. Dn. Brunnem. l. unic. C. ubi de hered. l. 3. C. ubi in rem actio. c. 5. c. 8. X. de For. compet. Magn. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 9. §. 13. Quia jura hoc in casu magis favent Reo, cujus causa etiam aliàs favorabilior, quàm actoris. l. 125. ff. de R. 7. Notanter verò diximus ordinariè, quia hæc assertio limitationem patitur in personis privilegiatis, miserabilibus sc. quæ adversarios suos è provinciâ, in quâ sunt, ad Auditorium sive Curiam Imperatoris evocare possunt, per l. unic. C. quand. Imperat. inter pup. vid. vel al. miser. pers. Et hoc favor earum extorsit, cum tali modo multæ præscindantur expensæ, aliàs ob litium diurnitatem erogandæ. Joh. del Castell. tract. contr. jur. quotid. p. 3. c. 25. n. 4. licet reis conventis minus gratum sit, quippe qui in supremo judicio actione pulsati, de incompetentiâ  
fori

7.





fori excipere, ac beneficio primæ instantiæ se tueri nequeunt. *d. l. unic. ibiq.* Castr. n. 1. Vultei. n. 18. & Dn. Brunnem. Marant. p. 4. *distinct. 9. n. 77.* Gail. *lib. 1. observ. 1. n. 40.* B. Dn. Carpz. *in Process. tit. 3. art. 6. n. 1. & seq.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 9. 0. 59. Add.* Dn. Brunnem. *ad l. 2. C. de jurisdic. omn. jud. ibiq. allegat.* Quibus modis autem aliàs reus forum sortiatur, latius exhibent Magn. Dn. Struv. *d. Ex. 0. 13. & seqq.* ut & Magn. Dn. Strauch. *ad Jus Justin. Diff. 21. aph. 13. & seqq.*

Th. VII. **Desiderium sui Clientis in jure judiciove, quoad libelli apti & congruentis formationem, enixâ diligentiam ac fide breviter ac perspicuè, absque inutili verbositate & tædiosâ unius ejusdemque rei repetitione, proponat.** *l. ampliorem. ult. §. 1. C. de appell. ibiq.* Dn. Brunnem. Hunn. *in Encycl. Jur. p. 2. t. 39 c. 2. n. 5.* Vent. de Valent. *Parthen. Litigios. lib. 2. c. 7 n. 38. & seq.* Berlich. p. 1. *concl. 9. n. 31. & seqq.* Ac sufficit unum vel alterum Autorem vel legem in terminis allegare, *per l. si quis obrepserit. 29. ff. ad L. Corn. de fals.* Prolixitas enim est odiosa sapientibus. Aretin. *Cons. 11. in pr.* Roland. à Vall. *Vol. 1. consil. 6. n. 3.* Et malus præsumitur Advocatus verbositate utens. Rebuff. *tom. 3. Const. Franc. tit. 3. de reprobat. testium. art. 7. n. 2.* Hinc saluberrima est sanctio D. Aug. Elect. Saxon. quâ ternis mutuis dictandi vicibus in causâ concludere Advocatos jubet, *per Const. 1. p. 1. id quod commodum litium abbreviandarum remedium est, contra quorundam causidicorum malitiam, qui vel ostentationis vel lucri causa exceptiones quandoque etiam contrarias proponunt, easdemque semper verbis aliis repetentes in infinitum usque extendunt, atque ita lites protelant.* Covarruv. *1. Var. Resol. c. 2. n. 3.* ex quo malo hoc inconveniens nascitur, quod sæpè plaustra actorum ad Collegia Jctorum transmittantur, uti conqueritur B. Dn. Carpz. *ad d. Const. 1. d. 4. n. 4.* Quin etiam judex talem prolixitatem certâ multâ coërcere potest, *juxta sanctionem Elect. in Edicto sub B. rubr. Ordnung wegen des Bersekens &c. in calce der Appellation Ord. de anno 1605.* So sollen hinführo bemelte Advocaten &c. Ipsum verò causæ statum factique speciem circumstantialiter & fundamentaliter referre, juraque pro clientulis suis facientia allegare, Advocatis interdendum non est, ne forsan, dum breves esse laborant, fiant obscuro, partesque litigantes defensionibus



hibus suis defraudent; Necessaria etenim omittenda non sunt. l. 2. C. de sent. experic. recit. Petr. Rebuff. in l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. not. 2. n. 7. Quapropter licet judici notum esse debeat jus, ad ipsum tamen clarius informandum, ut & ad factum ejusque circumstantias exactè proponendas, Advocatus jura, quæ ad causam Clientis facere videntur, allegare & ad factum applicare potest. Magn. Dn. Struv. Ex. 28. §. 8.

Th. II. X. (3). Advocatus intentioni adversarii contradicat necesse est, contraria refutando; Non tamen propterea factum finistrè recensere, illudque malitiose invertere, aut contra notorietatem Actorum aliquid negare poterit. Dn. Nicol. in Process. Jud. p. 1. c. 6. n. 9. *Quæritur* autem hac occasione: an in honâ causâ cavillationibus & fallaciis uti possit? *Affirmat* hoc Covarr. lib. 2. var. resol. c. 2. n. 1. Wesenb. in Paratit. Cod. de Advoc. 1. n. 6. Mynsing. 3. Observ. 6. quorum vestigia legit Schnobel. Diss. ad ff. 3. §. 4. Rectius tamen *negatur*, per l. 14 §. 1. C. de judic. quia Advocatus jurare debet, quod velit verum & justum procurare. Auth. Hodie. C. de judic. Et sic peccat in foro interiori seu conscientia, dum dolosè fallit & decipit adversarium. Vid. Bronchorst. ad l. 65. ff. de R. 7. ibiq. Dec. n. 3. Treutl. vol. 1. disp. 8. §. 3. lit. A. Par. de Put. de Synd. rubr. de Excess. Advoc. n. 10. & seqq. Wehner. in Observat. Pract. verb. Justitien. Wesenb. etc. Christian. in Dec. Belg. vol. 2. Decis. 99. n. 11. & seqq. it. Decis. 100. n. 2. & seqq. Dn. Wissenb. ad ff. p. 1. Diss. 11. §. 11. Confer. Magn. Dn. Struv. Ex. 7. §. 8. Nobil. Dn. Wehmann. in Comm. ad ff. p. 1. Ex. 8. n. 53. Atque hinc fluit, quod Clientem ad aliquid dicendum, respondendum, fatendum vel negandum, quod veritati contrariatur, minimè instruere possit, alioquin Adversario ad resarcitionem damni, ex onere probandi vel amissione causæ orti, tenetur. Par. de Put. d. Tract. de Synd. rubr. de Excess. Advoc. n. 2. & seqq. Moll. ad Const. Saxon. p. 1. Const. 10. n. 4. ibique Reinh. Rosa in Addit. Confer. Jacob Schult. Observ. 45. n. 3. & seqq. B. Du. Carpz. p. 1. const. 1. d. 20. ubi Advocatos propterea pœnam arbitrariâ incurrere asserit; quia hæc temeritas incidit in crimen falsi. l. 1. ibiq. gl. ff. ad Leg. Corn. de fals. Par. de Put. d. l. cujus pœna est arbitraria. l. eos. 27. §. qui se pro milite. 2. ff. ad L. Corn. de fals. Ord. Crim. Carolin. art. 412. Iohann. Schneidevv. in *Præterea lex Cornelia de falsis.* 7. Inst. de publ. judic. n. 10. Wesenb.



*in Parat. ff. ad L. Corn. de fals. n. 12. ibiq.* Dn. Hahn. Add. B. Dn. Carpz. p. 1. Prax. crim. q. 93. n. 33. Dn. Brunnem. ad l. 22. C. ad L. Cornel. de fals. Magn. Dn. Struv. Ex 49. 9. 71.

Th. IX. (4.) Ubique causæ merita ac momenta diligenter perpendat ac ponderet Advocatus. Quapropter, si Actorem defendit, potissima ejus cura sit, ut verum actionis inveniat genus, & ritè formet processum, ne, dum posset summariter, ordinariè causam agat, cum multum intersit actoris, utrum summarius an ordinarius eligatur Processus, non datur enim regressus. Coler. de Proc. executiv. p. 2. c. 5. n. 30. & seq. Ex adverso verò Reo adsistens nequaquam patiatur causas ordinarias ventilari in processu summano, cum juris notissimi sit, causam ordinariam invito Reo haudquaquam posse tractari summariter. l. 35. ff. de vulg. & pupill. subst. l. 1. ff. de his qui sui vel al. jur. Everhard. in Top. in loc. à contrar. n. 1. Zang. de except. p. 1. c. 1. n. 59. Inprimis verò omnem curam ad hoc intendat, ut res ex æquo & bono atque cum bonâ gratiâ amicè componatur. Parlador. lib. 1. rer. quotid. c. 2. n. 12. & seqq. Jacob. Schult. Observat. 45. n. 34. & seqq. Quod non solum Innocentio III. curæ fuit, uti apparet ex c. 5. X. de dol. & contum. ubi finem litibus imponi se cupidum asserit, ne partes ultra modum graventur laboribus atque expensis; Sed etiam Imperat. Justinian. in l. 13. C. de Judic. præcepit, in verbis: properandum nobis visum est, ne lites fiant penè immortales & vitæ hominum modum excedant. Add. Dn. Brunnem. ad d. l. Laudabiliter itaque facit Advocatus, si à Magistratu Superiori petit Commissarios, qui inter Partes concordiam tentare possunt. Dn. Fibig. in Process. p. 1. c. 2. m. 3. §. 1. n. 5. Vel, si nec hac viâ lis amicabiliter componi queat, si ad litem abbreviandam viam compromissi amplectitur, quod fit, quando vel litigantes coram ipso iudice ordinario certo modo compromittunt, vel etiam extra judicialiter in certorum Arbitrorum sententiam seu laudum consentiunt, cui omninò standum est, in tantum ut nec appellare liceat. l. 27. §. 2. ff. de recept. qui arbitr. l. 1. C. de recept. arbitr. ibiq. Dn. Brunnem. Mynsing. 4. observ. 68. Sand. 1. Dec. 14. def. 1. Wilsenb. ad ff. p. 1. disp. 15. 9. 18. Magn. Dn. Struv. Ex. 8. 8. 104. Add. ea, quæ Th. 2. huius Cap. proposita sunt.

Th. X. (5) Advocatus Judicem, tanquam Dei ministrum, omni hono-



honore ac reverentiâ afficiat, debitum ei tribuat honorem, nihilquæ  
contra dignitatem ejus acerbè vel contumeliosè scribat vel dicat.  
Ord. Process. Judic. Elect. Saxon. tit. 3. post pr. vers. daß Sie sich &c.  
Noviss. Resolut. Grav. tit. von Justitien sachen. §. ob auch wohl zwar  
zum drey und dreyßigsten &c. Hillig. ad Don. lib. 18. c. 3. lit. A. A. A.  
Christin. Vol. 2. Dec. 99. n. 21. Berlich. p. 1. concl. 91. n. 19. Ab omni-  
bus igitur scommatibus, scopicis ac futilibus verbis tam contra  
Judicem, quàm partem sibi temperare debet, ne contra l. 6. §. 1.  
C. de postul. injuriis pugnet. Vid. Dn. Brunnem. ad d. l. 6. Hillig. cit.  
c. 3. lit. A. A. A. Franc. Nig. Cyriac. lib. 2. controv. c. 207. n. 44.  
Walther. de privil. Dd. c. 18. §. 133. & seqq. Hunn. in Encylop. Jur. p. 2.  
tit. 39. Magn. Dn. Struv. Ex. 7. §. 9. Alioquin Advocatus opprobri-  
is ac convitiis certans non solum actione injuriarum conveniri, si-  
mulque arbitrariâ & pecuniariâ mulctâ puniri. Jacob Belvis. in Pract.  
crim. rubr. de injur. n. 88. Cravet. Cons. 98. n. 11. Vent. de Valent in  
Partib. Litigios. lib. 2. c. 7. n. 15. B. Dn. Carpz p. 1. Const. 1. def. 19.  
n. 8. Sed etiam nonnunquam pro gravitate admisi delicti pœnâ in-  
famix affici, aut ab officio suspendi, vel etiam totaliter à limine  
judicii excludi potest. d. l. 6. §. 1. C. de postul. ibiq. Dn. Brunnem. Hil-  
lig. cit. loc. Christin. d. Dec. 99. Add. B. Dn. Carpz. 3. Respons. Elect.  
5. & in Process. tit. 5. art. 7. n. 42. & seq. Dn. Nicol. in Pro-  
cess. judic. p. 1. c. 6. n. 9. Quapropter etiam contra Advocatum  
quendam, qui in excipiendo contra Commissarios constitutos ni-  
miâ verborum licentiâ usus est, ab Illustri Facultate Jenensi Juridi-  
câ M. Maj. hujus 1668. anni, talis sententia lata est: Daß die in Actis  
vol. 3. fol. 42. & seqq. befindliche gnädigst-angeordnete Commission zu  
Recht beständig / und erscheinet sonsten aus den Actis so viel / daß  
Klägere wegen der unterschiedlichen hefftigen von sich geschriebenen  
anzügligkeiten der Fürstl. Regierung eine Gerichtliche Erklärung und  
Abbitte zu thun schuldig / und werden hierüber mit 50. Goldgülden in  
Straffe billich genommen / mit der ausdrücklichen Verwarnung / wo-  
fern Sie sich inskünffige solcher Begünstigung und excessen nicht ent-  
halten / daß mit härterer Straffe wieder Sie unablässlich verfahren  
werden solte. Es könten und möchten denn dieselbe / daß Ihr Advoca-  
tus ohne wissen und willen obgedachte Injurien von sich geschrieben /  
wie Recht/bey bringen / oder in Ermangeung dessen solches endlich erz-  
halten /



halten/ uff solchen fall blieben Sie zwar damit verschonet/ es ist aber der  
Advocat hierüber zusörderst zuvernehmen/ und wenn Er dessen gestän-  
dig/die abbitte zuthun und die obernante Straffe zu erlegen verbunden.  
W. R. W.

Th. XI. Et hoc, quod Advocatus convitiis actione injuriarum  
teneatur, in tantum procedit, ut eam effugere nequeat, quamvis  
Clientis jussu injurias protulerit. Quemadmodum enim in omni-  
bus delictis, ita etiam in injuriis illatis mandatum non relevat, a-  
deò ut ratione pœnæ vel damni inde resultantis non solum nullus  
injurianti detur regressus adversus mandantem, sed ipse potius pro-  
prio nomine, æquè ac mandans, plectendus veniat. S. 7. *Inst. mand.*  
l. 3. §. 4. & 15. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 11. §. 3. ff. de injur. l. 5. C. de ac-  
cusat. ibiq<sup>3</sup>. Dn. Brunnem. Non itaque Advocati, qui in productis in  
adversarium invehuntur, sibi persuadeant, se ab actione injuriarum  
liberatos fore, si id Clientis jussu factum esse prætendant, verba si-  
quidem injuriosa animo injuriandi protulisse censentur. l. 5. C. de  
Injur. ibiq<sup>3</sup>. Dn. Brunnem. Menoch. lib. 5. præsumt. 3. n. 47. Gail. lib.  
2. Observ. 106. n. 1. Harpr. ad §. 1. *Inst. de injur.* Quam præsumtio-  
nem mandatum declinare nequit, ad cujus partitionem neutiquam  
obstricti fuerunt, hocque est, quod vulgò dicitur: Wehrmann  
haben hilfft nicht / Joh. Schneidevv. ad §. 1. *Inst. de injur.* n. 5. Fin-  
ckelth. Obs. 73. n. 10. Add. Maga. Dn. Struv. Ex. 43. §. 55.  
Et sic non ita pridem in Illustri Scabinatu Jenensi pronunciatum est.

Th. XII. Si tamen ab Adversario opprobriis vel aliis contume-  
liosius verbis fuerit provocatus & lacessitus Advocatus, tunc præ-  
missâ protestatione, quod non animo injurandi, sed defendendi &  
causa juris conservandi hoc faciat, convitia retorquere & adversa-  
rio turpem notam objicienti securè respondere potest, quod men-  
tiatur, uti post Speculat. docet Berlich. p. 1. concl. 9. n. 25. Vel etiam  
si causæ, quam tractat, qualitas requirat, ut necessariò ad illius de-  
fensionem personæ, cum qua Cliens litem habet, turpitudinem  
allegare cogatur Advocatus, licitè hoc facere potest: Utpote, si  
frater aut soror ab hereditate fratris sororisve, turpi personâ insti-  
tutâ, exclusus fuerit, ibi nihil præter boni viri officium fecisse cen-  
sebitur, si turpitudinem objecerit atque probaverit, cum jure legi-  
busque permittentibus id faciat. l. fratres. 27. C. de inoff. test. Non e-  
nim



94. nim ex libidine convitiandi, sed necessitate officii talis fit objectio & allegatio. arg. l. mater. 2. C. de calumniat. Idem obtinet, si quis contra testem excipiens causam infamiae ei objiciat, quod certè potius pro defensione sui juris, quam animo injuriandi fecisse praesumitur. l. 15. § 38. ff. de injur. Gail. lib. 2. Observ. 106. n. 6. Moller. ad Const. Elect. 43. p. 4. n. 31. ibiq. B. Dn. Carpz. def. 7. Quæ. autem, si Advocatus in productis (in denen Sâhen) aliquem injuriâ affecerit, an ratione injuriarum coram illo iudice, apud quem causa ventilata est, conveniri possit, licet alibi habeat domicilium? Affirmatur & quidem ex manifesta hac ratione, quod Advocatus in productis coram certo iudice alium conviciis proscindens, consensisse in illum iudicem censeatur. Dd. in l. 1. ff. de iudic. Ant. Faber in Cod. lib. 3. tit. 1. def. 39. n. 3. Aequissimum itaque est, ut cujus in agendo observat quis arbitrium, hunc & contra se iudicem in eodem patiatur negotio. l. cum Papinianus. 14. in fin. C. de sent. & interloc. omn. iud. Jacob. Schult. Observat. 38. B. Dn. Carpz. in Process. Jur. tit. 3. art. 2. n. 68. Nobil. Dn. Wechman/ ad ff. p. 1. Ex. 8. th. 62.

Th. XIII. (6) Clientis sui secreta nullo modo Advocatus adversario pandere, aut cum eo colludere debet. l. 1. C. de Advoc. 1. ibiq. Dn. Brunnem. Ordin. Cam. p. 1. tit. 62. Dn. Wechmann. cit. loc. n. 63. Rosb. in Process. Civ. tit. 8. n. 14. & seqq. Umm. Dissp. 2. th. 8. n. 39. Althus. lib. 3. Dicaeolog. c. 6. n. 16. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 18. c. 3. lit. Q Q. Berlich. p. 1. concl. 9. n. 16. & seqq. B. Dn. Carpz. lib. 3. Resp. Elect. tit. 1. Resp. 3. Et si hoc fecerit prævaricationis crimen committit. l. 3. §. 2. ff. de prævaric. Unde non solum fit infamis. l. 4. ff. de prævar. l. 1. ff. de his qui not. infam. Sed etiam ab officio removetur. l. 5. de prævar. Menoch. de arbit. iud. quæst. cas. 323. n. 6. & seqq. Et insuper extraordinariè punitur. Ord. Crim. Car. V. art. 1. 51. Magn. Dn. Struv. Ex. 47. th. 99. Atq. ita M. Novemb. 1632. & M. Decemb. 1617. in Illustri Dicasterio Jenensi responsum est. Vid. Magn. Dn. Richter. p. 2. Dec. 85. Add. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. de Advoc. 1. Quæ. hac vice; An Advocatus, qui sententiam inforamatoriam (ein Informat-Urthel) conscripsit, fingens, eam Collegii Juridici esse, cujus subscriptione etiam utitur, eamq. Clienti suo mittit sub pretextu, quod ejus nomine petierit, ad hoc ut inde veritatem suæ causæ cognoscere possit, falsum committat. &

D 3

ideo.



*ideò puniendus sit?* Neg. quia falsitas sine lucro & commodo non præsumitur commissa. Far. in *Prax. crim. p. 6. de falsit. & simul. q. 153. n. 204.* Et cessat falsitatis suspicio, ubi nullum reportatur commodum. Seraphin. de Seraphin. in *Tract. de privileg. juram. privileg. 136. n. 9. & 10.* Imò falsitas non nociva, & sine dolo commissa, nullâ pœnâ punitur. Farin. d. *Tract. q. 153. n. 340.* Et posito quod falsitas aliqua subsit, tamen Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F. *concl. 5. n. 65. & seq.* concludit, quod falsitas in scripturâ privatâ, quæ nullam facit probationem nullique obest, non puniatur, neque ordinariè, neque extraordinariè. Facit etiam huc, quod hac ratione Advocatus pacificum suum animum ostendere, atque litigaturum, ne graves impensas faciat, adhortari voluerit.

Th. XIV. Quamvis verò pœna falsi cesset, nihilominus tamen hoc factum reprehensionem meretur, prout *Inclyt. Facult. Jurid. Jenens. M. Febr. præterlapsi anni ad consultationem Everhardi Sulpitii respondit, verba sententiæ hæc sunt:* Wird ein Advocatus beschuldiget / daß Er ein falsum committiret, in dem Er einem seiner Clienten zugeschrieben hette / Er habe sich in seiner Sache bey einem Collegio Juridico des Rechts belehren lassen / welches denn erkant / daß Er die vorhabende Action wieder des Debitoris Witbe und den tertium possessorem des Guts nicht intentiren könne / sondern in Concursum sich einlassen müsse / immassen Er ihm eine Abschrift dergleichen fingirten Informat Urtheils zugeschickt; Wie nun der beschuldigte Advocatus dessen nicht geständig ist / als giebet Er vor / daß wenn solch factum sich schon in der Wahrheit also verhielte / Er doch deswegen kein falsum begangen hätte / noch als ein falsarius zu bestraffen sey. Ob nun wohl gemelter Advocatus das copienlich vorgelegte Informat vor eines Collegij Juridici Responsum ausgegeben / und dessen Namen darunter gesetzt: Dennoch aber und dieweil dolosè nicht geschrieben / was geschrieben / sondern nur zu dem Ende des Advocati Consilium in Form eines gesprochenen Informats projectiret worden / dadurch den Clienten umb so viel desto eher von seiner irrigen Meinung abzuführen / gestalt denn auch ohne das dolus præsumt9 in crimine falsi nicht sufficient, sondern verè illum adfuisse zu probiren ist: Auch hernach das Collegium, unter dessen Nahmen das project gemacht / selbst also gesprochen / und kein damnum dadurch jemand inferiret.  
son



sondern vielmehr ex aduerso der Client von grossen unnötigen Unkosten / welche Er entweder contra tertium Possessorem, oder die Witte vergeblich hätte aufwenden müssen / befrehet worden. Auch dieses ein copenlicher Endwurff eines Informat-Urthels ohne einige Besiegelung gewesen. So ist durch diese Schrifft/bey so gestalten Sachen / ein Crimen falsi nicht begangen worden/und mag deswegen wieder den Concipienten derselben nicht inquiriret, noch Er bestrafft werden. Gleichwohl aber wird Ihme dieses Vornehmen nicht unbilllich verwiesen/und daß Er dergleichen sich enthalten solle/verwarner. B.R. 23

Th. XIV. (7) *Advocatus Clientis causam in medio litis ne deserat, nec patrocinio facile renunciet, sed susceptam litem usque ad finem pertractet.* Ord. Cam. p. 1. tit. 62. circa finem. Secus est, si *Advocatus* animadvertat causam Clientis esse injustam, tunc optimo jure eam deserere potest & debet, Vent. de Valent. *parth. litig. lib. 2. c. 7. n. 18. & seqq.* Christin. in *Decis. Belg. vol. 2. dec. 99. n. 15. & seqq.* Ord. Torg. tit. von Advocaten / §. hierüber so wollen wir etc. Etiam si juramento promiserit, se ad finem litis usque operam præstiturum, arg. c. 66. de R. J. in 6to. c. 28. de jurejur. Magn. Dn. Struv. Ex 7. §. 5. *ibiq.* alleg. *Da.* Vel si *Clientis* non solvat salarium & honorarium pro merito. Christin. vol. 2. *decis. 103. n. 3.* David. Döring. in *Biblioth. Idor. verb. Advocatus &c. n. 378. & seq.* Manz. de *Advoc. n. 10.* Dn. Nicol. in *Process. Jud. cit. c. 6. n. 9.* Æquum enim est, ut *Advocato* pro operâ & labore præstito solvatur honorarium, quod & ipsemet petere potest. l. 3. C. de postul. Wesenb. ad *Cod. tit. de Advoc. 1. n. 4. B.* Dn. Carpz. p. 1. *const. 1. d. 24.* Hoc ipsum tamen de primâ saltim instantiâ intelligendum est, in quâ *Advocatus* usque ad definitivam sententiam patrocinari tenetur. Nam in secundâ instantiâ ulterius *Clienti* operam præstare *Advocatus* haud cogitur. Umm. *Disp. ad Process. 2. §. 9. n. 43.* Dn. Nicol. d. l. Quia autem in arduis causis *Advocati* ut plurimum de certo salario cum *Clientibus* convenire solent, hinc quær. *An Advocatus, qui pro constituto salario ad sententiam usq. definitivam advocare promisit, teneatur etiam præstare patrocinium pro eodem pretio in Judicio appellationis?* Respond. *Neg.* Nisi aliud convenerit, per l. 15. §. illo procul dubio 9. *ibiq.* gl. & l. pen. C. de judic. quam sententiam communem esse, tradit Jason in l. ita demum. 13. C. de Procurat. n. 8. Wesenb. cit. loc. n. 7.



n. 7. *Add. Coler. p. 2. Dec. 230. n. 2. B. Dn. Carpz. cit. def. 24. n. 6.*

Th. XVI. Haftenus quodnam Advocati munus in causis civilibus peragendis fit, breviter demonstratum est. Nunc quoad causas criminales, quænam Advocati partes in defendendis Reis sint, ut expendamus, reliquum erit. Et primum quidem Advocato considerandum venit, causas capitales, in quibus de vitâ hominis ac pœnis corporalibus disceptatur, esse gravissimas, ita ut cautè & circumspectè in iis versandum sit. Quo enim periculum majus est, eo major quoque cautela adhibenda erit. *l. qui sententiam. 16. C. de pœn. ne innocens plectatur. Quin imò cum captivi miserabiles personæ sint, & pro illis habeantur. l. si quis ad declinandum: 19. C. de Episc. & Cler. Dd. in l. unic. C. quand. Imper. inter pup. vel vid. & alias miser. meritò prospicere debet, ne quid Cliens, judicio criminali pulsatus, detrimenti capiat. Quapropter Advocati officium erit, non solum ante omnia à Reo captivo, factâ examinatione, perdiscere quale sit crimen quod objicitur, quando, quò locò, quibusque præsentibus contigerit, aut contigisse dicatur; Sed etiam omnes alias crimini ac factò cohærentes circumstantias excutere, minima siquidem circumstantia jus mutat atque variat, arg. l. aut facta. 16. §. 1. ff. de pœn. *Add. illa quæ sub initio hujus cap. 9. 3. dicta sunt.**

Th. XVII. Deinde considerare debet atque expendere Advocatus, anne crimen, quod Clienti imputatur, præscriptione vicenniali extinctum sit, quâ omnia crimina, paucis exceptis, tolluntur. *l. 12. C. ad L. Corn. de fals. ibiqz. Dn. Brunnem. l. 2. l. 3. ff. de requir. reis.* Sicut enim in civilibus causis præscriptio necessaria visa est, ut litium aliquis esset finis: Ita eadem necessaria visa est in causis criminalibus, ut accusationum aliquis esset finis, nec semper incertâ spe atque expectatione penderent, quicumque criminis alicujus insimulantur. *B. Dn. Carpz. p. ult. Prax. Crim. q. 141. Magn. Dn. Struv. Ex. 49. th. 92. ibiqz. alleg. Matth. de Crim. Tollit autem præscriptio non modò criminis pœnam, sed & ipsum delictum, ac per consequens accusationem & processum criminalem, juxta communem Dd. sententiam. Vid. Nic. Boër. Dec. 26. n. 5. & seqq. Hippol. de Marl. cons. 117. n. 40. Jul. Clar. in Pract. Crim. §. ult. q. 51. in pr.*



pr. Gigas de crim. les. maj. lib. 1. tit. qualiter in crim. les. maj. procedendum. q. 15. & q. 29. B. Dn. Carpz. cit. q. 141 n. 6. Dn. Brunnem. ad. d. l. 12. C. ad L. Corn. de fals. Sed hoc regulariter tantummodo procedit. Nam in quibusdam criminibus brevius tempus statutum est, ut in adulterio etiam duplicato quinquennium. l. 5. l. 8. C. ad L. Jul. de Adult. ibiq. Dn. Brunnem. Quod in Electoratu Saxonico restrictum est ad simplex adulterium. Vid. Decis. 84. Magn. Dn. Struv. laud. loc. In quibusdam verò longius, sic crimina nonnulla nec 20. quidē annis præscribuntur, sed perpetua sunt, ut Apostasia, crimen suppositi partus. l. 19. §. 1. ff. ad L. Corn. de fals. & parricidium. l. fin. ff. ad L. Pompej. de Parricid. de quibus omnibus vid. plura apud Farinac. in Prax. Crim. p. 1. q. 10. Add. Dn. Brunnem. ad l. 12. C. ad L. Corn. de fals.

Th. XVIII. Quod si verò præscriptionem Advocatus opponere nequeat, in Clientis anteaquam vitam inquirat, & an aliqua delinquentis in patriam merita extent, perpendat. Hæc omnia enim quam plurimum ad minuendam pœnam, quæ de jure constituta est. arg. l. ad bestias. 31. ff. de pœn. aut innocentiam in dubio adstruendam faciunt. Quapropter ob id sæpius captivum adire & cum eo conferre, Acta quoque Inquisitionalia accuratè perlegere, ac omnia indicia curiosè observare, simulque omnem movere lapidem tenetur, ut unumquodque indicium, quatenus fieri potest, vel per testes juratos vel alias legitimas probationes solidè elidat. Hinc etiam in causa v. g. infantis occisi, vel morbi epileptici, potest consulere Medicos & eorum attestatum Actis Inquisitionalibus inferere, quod insignem habet usum. Nam si Medici dicunt infantem non vixisse in partu, vel læsiones, quæ apparent in infante, non esse à manu matris, tali inquisitæ pœna decernitur tolerabilior: Item si Medicus attestetur Inquisitum laborare morbo Epileptico, tunc eandem pœna mitigatur. Vid. Dn. Bechmann/ in Comm. ad ff. p. 1. Ex. 8. n. 56. Modò absque omni prolixitate (ohne alle unnöthige Weitläufigkeit) hæc omnia fiant; In processu etenim Inquisitionis celeriter progrediendum est. rot. tit. C. ut intra cert. temp. quest. crim. l. properandum. 13. C. de judic. Ordin. Crim. Carol. art. 77. Ne reus diurnâ custodiâ affligatur. l. 1. §. t. t. C. de custod. reor. Dn. Brunnem. ad cit. l. 1. Matth. VVesenb. in paratit. ff. de accusat. n. 12. vers. celeriter,

E

leriter,



*teriter. ibiq.* Dn. Hahn. Unde plerumque sententiis, quibus Inquisito Defensio conceditur, hæc clausula adjicitur: Jedoch daß er innerhalb Monatsfrist damit einfomme / und aller unnöthigen Weislauffrigkeit sich enthalte / *uti M. Febr. hujus 1668. Anni Inclutus Scabinatus Jenensis, ad consultationem Regiminis Comitum à Hohenlohe, in causa G. K. respondit:* Wann denn deren Ehemann dieselbe zu defendiren gemeinet / als wird derselbe zu einbringung seines Weibes defension billich zugelassen / und Ihme darzu eine Monats-frist angesetzt / darneben aber angedeutet / daß Er sich aller unnöthigen weislauffrigkeit enthalten solle / und werden zu dem Ende Ihme oder dessen Advocato die Acta angewöhnlicher Gerichtsstelle zudurchsehen / und die Nothdurfft daraus zu extrahiren vorgelegt. V. R. W.

Th. XIX. Præcavebit verò Advocatus, ne captivum ad mentendum vel negandum instruat, neve illi aut ejus consanguineis de subornandis corrupendisque testibus consilium det. Id enim non solum legibus civilibus sub gravi comminatione interdictum, sed & lege divinâ prohibitum est. Testis siquidem ob testimonium accipiens pecuniam falsi reus est, licet verum dixerit. l. 1. §. 1. & 2. ff. ad L. Corn. de fals. Harpr. ad §. 7. Inst. de Publ. Jud. Volckm. de testib. cent. 5. concl. 20. & seqq. Hippol. de Marsil. ad L. Corn. de fals. Pantschm. lib. 2. q. 21. n. 181. Schnob. disp. ad ff. 24. §. 23. Delinquit enim contra juramentum præstitum, quo promisit: Daß Er die Wahrheit sagen / und solches weder umb Giffte noch Gaben thun oder lassen wolle. Adedque depositio, quæ per pecuniam fit, turpis est & propterea non admittenda, quod & verbis sat manifestis innuit art. 64. Ord. Crim. Carol. *ibi.* belohnere Zeugen sind auch verworffen / und nicht zulässig / sondern peinlich zubestraffen / Advocatus verò, qui ad falsitatem instruit, fraudandique consilium suppeditat, non minus tenetur, quàm qui ipsemet falsum fraudemque committit, præterquam quod propriam conscientiam vulneret, illicitis modis judicem Dei Vicarium turpiter circumveniens. Tametsi enim, captivi clientis commiseratione motus, omnes ingenii nervos intendere omnemque curam adhibere possit & debeat, ut eum periculis eximat & eripiat; Intra limites tamen juris ac honestatis se continere, neque præter jus ac fas aliquid moliri debet, ut pœnis promeritis subtrahatur is, qui non tantum proximum, sed et Rempubl.



publ. pernicioso læsit exemplo. *Add. qua in cap. anteced. 8. ult. dicitur  
Et a sunt.*

## CAPUT V. Honorarium seu Salarium Advocatorum exhibet.

### Th I.

Quàm grave sit Advocatorum Officium, quàmque dura Provin-  
cia, quam sustinent, ex iis, quæ huc usque adducta sunt, suffici-  
enter patebit. Superest, ut hac vice aliquid addamus de præmiis la-  
borum, quæ non merx, quia Civilis Sapientia pretio nummario ne-  
quaquam æstimanda. *l. 1. §. 5. de extraord. cogn. Magn. Dn. Rich-  
ter / vol. 1. Consil. p. 4. conf. 42. n. 302.* Sed honestissimo vocabulo  
modò Honorarium (eine Verehrung) modò Palmarium. *l. 1.  
§. in honorariis. 10. & §. si cui. 12. ff. de extraord. cogn. modò Solati-  
um (eine Ergekung) per l. post. duos. 15. C. de Advoc. 1. l. laudabile. 4. §.  
1. C. de Advoc. 2. l. 2. C. de prad. decur. l. 3. C. de agent. in reb. &c. modò  
Salarium, à sale, vitæ hominum maximè necessario, appellantur.*

Th. II. Æquitati etenim nihil tam conveniens est, quàm ut is,  
qui fidâ alicujus operâ usus est, sicque commodum sensit, remune-  
ratione gratiam aliquam ipsi rependat; Ac nulla justior acquiren-  
di ratio est, quàm propter laborem honestissimum ab iis, de qui-  
bus optimè meremur, accipere honorarium. *c. non licet. 71. c. 11. q.  
3. c. non sane. 15. c. 14. q. 5.* Quod quidem adeò verum est, ut in Sa-  
cris Pandectis quilibet operarius dignus habeatur mercede suâ. *Lev.  
19. v. 13. Deut. 24. v. 14. it. c. 25. v. 4. Jer. 22. v. 13. Matth. 10. v. 10. Luc.  
10. v. 7. 1. Cor. 9. v. 9.* quia labor sine mercede esse non potest. *Tob.  
4. v. 15. Deut. 24. v. 14. Nov. 82. cap. 9. in pr.* Unde nemo suis cogi-  
tur militare sumtibus. *c. cum sit Romana. 10. X. de Sim. & c. cum ex of-  
ficii. 16. X. de prescript. Schnob. disp. ad ff. 3. 8. 5.* Non immeritò itaque  
Advocatis competens Salarium à Cliente constituendum ac exsol-  
vendum est. *l. 1. §. 10. ff. de extraord. cogn. Vid. Welsenb. in parat. ff.  
de postul. Anton Faber. in Cod. lib. 3. tit. 3. def. 1. Rosbach. in Pro-  
cess. Civ. tit. 18. n. 11. Perez in Pralect. ad Cod. tit. de Advoc. 1. n. 15.*



Döring. in Biblioth. Ictorum verb. *Advocatus* n. 275. & seqq. Berlich. p. 1. concl. 9. n. 3. Manz. in tract. de *Advoc.* n. 3. & seq. Add. Dn. Brunnem. ad l. 7. §. 4. C. de *Advoc.* 2.

Th. III. Honorarium verò hoc debet esse modicum & legitimum, centum aureorum quantitatem non excedens. l. 1. §. 10. & 12. ff. de *extraord. cogn.* l. 3. C. de *postul.* Cogitent enim Advocati, Civilem se Sapientiam, rem sanctissimam pretioque nummario non æstimandam, teste Ulpian. in l. 1. §. 5. ff. de *extraord. cogn.* tractare, cujus Professionis dignitatem & excellentiam semper venerari, omnemque operam adhibere & summis viribus adniti debent, ne ullam labem ac ignominiam ipsi adspargant, quod fit, si istius veteris Proverbii: ἕτε πάντα, ἕτε πέντολε, ἕτε παρὰ πάντων, ab Ulpiano l. solent. 6. §. 2. ff. de *off. procons.* relati, memores, nihil sordidè, nihil avarè nihilq; turpiter in petendo Salario faciunt. Nam ut Cic. lib. 3. *Offic.* eleganter tradit: illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias & opes dolosè & fraudulenter augeamus. Ideòq; Honorario competente atque legitimo contenti esse tenentur. Dn. Nicol. in *Proc. Judic.* p. 1. c. 6. n. 12.

Th. IV. In criminalibus verò, nec non quandoque in civili causa, etiam ultra 100. aureos honorarii nomine exigere possunt Advocati. Umm. *disp. ad Process.* 2. θ. 10. n. 45. Hillig. in *Donell.* lib. 18. C. 3. lit. HHH. Et hoc ipsum secundum consuetudinè cujuslibet fori, ut & qualitatem ac gravitatem causæ ac litis constituendum est. Vid. Ord. Torg. de anno 1583. tit. von *Advocaten und Procuratorn.* §. wenn die *Advocaten.* & Ord. Polit. de anno 1612. tit. *Justitiensachen.* Matth. Berlich. p. 1. concl. 9. n. 74. Finckelth. *Observ.* 98. n. 49. Ita ut in causis privatorum ab ipsis Clientibus eorumque heredibus; Ex publico verò, si Reipubl. puta Fiscus vel Civitatis causas defendant, solvatur l. 2. l. 4. l. 13. C. de *Advoc.* 1. Rosbach. in *Process. civil.* tit. 18. n. 26. & seqq. Umm. d. *disp.* 2. θ. 10. n. 45. Hillig. in *Donell.* *Enucl. cit.* c. 3. lit. HHH. Christin. vol. 2. *Decis.* 99. n. 31. Perez. ad *Cod. de Advoc.* n. 5. Berlich. p. 1. concl. 9. n. 69. & seqq. Si verò miserabilibus personis, quarum exiguæ sunt facultates, operam præstant, hoc gratis facere tenentur. Beatus enim est, qui miseretur pauperis. *Eccles.* 6. Pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur benedictio tua, dicit *Gl. inc. statutum.* 11. §. *provisurus.* verb.



verb. pauperes. de Rescript. in 610. Hinc si pauperibus patrociniū dene-  
gaverint, officio suo privari possunt, quod disertè probatur per l.  
providendum. 7. C. de postul. in verb. Si quis verò monitus à Judice, ea  
excusatione, quæ nequeat comprobari, cuicumq; parti patrociniū de-  
negaverit, careat foro: sciat etiam unquam sibi ad agendum copiam  
posse restitui. Add. Mvnsing. cent. 4. Observ. 32. Menoch. lib. 2. A. 7. Q.  
cas. 369. Gail. lib. 1. Observ. 43. num. 11. Hillig ad Donell. d. c. 3. lit.  
HHH. Dn. Brunnem. ad d. l. 7. ibiq; alleg. Covarruv. & Finckelth.  
d. Observ. 98. n. 22. Concordat Ord. Cam. Imper. p. 1. tit. 19. §. auf daß  
auch &c.

Th. V. Sed hoc tum demum procedit, si summarie prius causa  
pauperis iusta declarata, & iuramentum paupertatis ab ipso præsti-  
tum sit. c. statutum. 11. §. insuper. de Rescript. in 610. Quod iuramentum  
paupertatis tam in Camera Imperiali Spirensi, quam in foro Saxo-  
nico receptum est, ut apparet ex Ord. Camer. p. 1. tit. 78. Ord. Process.  
jud. tit. 1. §. würde sich nun so viel etc. Gail. lib. 1. Observ. 43. n. 18. Ber-  
lich. p. 1. concl. 7. n. 87. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 1. def. 25. n. 7.  
Quod si verò pauper causam obtinuerit, aut ad pingviorē pervenerit  
fortunam, tunc Advocato pro merito salarium præstare, & sum-  
tus necessarios refundere tenetur. Gail. d. Observ. 43. n. 19. ibiq;  
Græv. Hunn. in Encycl. Jur. p. 2. tit. 39. Manz. de Advoc. n. 8. Dn.  
Nicol. in Process. jud. p. 1. c. 6. n. 7. Quin etiam in Rebus publ. benè  
constitutis certi habentur pauperum Advocati, qui peculiari ju-  
ramento obstricti, certoque salario ex publico constituto, gratis  
patrocinari tenentur pauperibus, veluti ita tam in Camerâ Impe-  
riali, quam Judicio Appellationum & aliis Judiciis Provinciali-  
bus Electoratûs & Ducatum Saxonie toto die observatur. Add.  
Gail. lib. 1. cit. Observ. 43. n. 10. & seq. Rosbach. in Process. civ. tit.  
18. n. 12. Althuf. lib. 3. Dicaolog. c. 6. n. 13. Christin. vol. 2. Decis. 102.  
n. 4. Berlich. p. 1. concl. 7. n. 71. usq; ad 95. Matth. Coler. de Process.  
Executiv. p. 1. c. 2. n. 121.

**Qu.** Th. VI. *Quæritur autem hic (1) An Advocatus cum suo Cliente de  
quota litis pacisci possit? Neg.* propter express. text. in l. quisquis. 5. §. 2.  
C. de postul. ibiq; Dn. Brunnem. l. licem. 15. C. de Procurat. l. si con-  
tra licitum. 20. C. mandati. l. sumtus. 53. ff. de Pact. Quia per hoc  
pactum Advocatus inducitur ad calumniandum, ita ut ad victo-



fiam obtinendam utatur deceptionibus & fallaciis, sicque ad eam per  
 fas nefasque grassetur, quae causa prohibitionis etiam sufficienter  
 colligenda est ex l. si remunerandi. 6. § fin. & l. Salarium. 7. ff. mandati. Add.  
 B. Dn. Carpz. lib. 3. Resp. Elect. 1. n. 14. Idem est, si de re certa v. g. here-  
 ditate paciscatur Advocatus, ut ea detur in casum victoriae Hillig.  
 lib. 18. c. 3. lit. CCC. Trentac. lib. 2. Pract. Resolut. tit. de postul. resol.  
 1. n. 4. Dn. Brunnem. ad l. 5. C. de postul. Imò nec hoc pactum valet,  
 ut Advocatus sumtus litis eroget, eam conditione, ut si vincatur,  
 eos perdat, si vincat, partem victoriae auferat. l. 53. ff. de pact. Vid.  
 Guid. Pap. decis. 102. Gail. 1. Observ. 44. n. 1. & seqq. ibiq. Grav. in  
 concl. n. 22. Rosbach. in Process. civil. tit. 18. n. 29. Hillig ad Donell.  
 cit. loc. Christin. vol. 2. Decis. 99. n. 24. & seqq. Treutl. vol. 1. Disp.  
 6. §. 7. lit. C. ibiq. Bachov. in Not. Perez. ad C. tit. de postul. n. 6. B.  
 Dn. Carpz. p. 1. c. 1. def. 24. Plura de consceleratis his pactio-  
 nibus, quae Advocatos ab honestorum virorum coetu, judiciorum-  
 que conspectu removent, ut loquitur l. 1. C. Theod. de postul. vid.  
 apud Trentac. lib. 2. Pract. Resolut. tit. de postul. n. 2. Maynard. lib. 3.  
 Decis. Thol. 12. ibiq. in addit. Hier. Bruck. Petr. Greg. Tholosan. 49.  
 Synt. 6. n. 33. Ayres. in Process. p. 1. c. 1. Observ. 7. n. 4. Hillig. cit.  
 loc. B. Dn. Carpz. lib. 3. Resp. 1. n. 14. Add. Dn. Brunnem. ad l. 5. C.  
 de postul.

Th. VII. Si verò simpliciter paciscatur cum Cliente de certâ sum-  
 mâ Advocatus, nullo habito respectu tum ad rem litigiosam, tum ad  
 exitum litis, vel super certo salario annuo, valet conventio, neque  
 pro illicita habetur. arg. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cogn. l. 3. & 5. C. de  
 postul. Gail. 1. observ. 44. n. 1. & seqq. ibiq. Grav. in concl. n. 7. & seqq.  
 Borchold. de pact. c. 5. n. 85. & 86. Berlich, p. 1. concl. 9. n. 77. & Dd.  
 Commun. Sic etiam est validum pactum, si de certo aliquo palma-  
 rio sibi dando, modo sit moderatum, ultra Stipendium si vicerit, pa-  
 ciscatur Advocatus. d. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cogn. l. 6. §. praterca.  
 2. C. de postul. Salycet. in l. litem. 15. C. de procurat. Jacob. Ben. de  
 privileg. lictor. p. 1. privil. 71. n. 5. Gail. d. obs. 44. n. 23. ibiq. Grav. in  
 concl. n. 14. Rosbach. d. tit. 18. n. 29. Christin. vol. 2. dec. 99. n. 26. &  
 27. Berlich. cit. concl. 9. n. 76. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 1. def. 24. n.  
 4. Dn. Brunnem. ad l. 7. C. de postul. Magn. Dn. Struv. in pralect. ad  
 tit. C. de postul. Idem juris obtinet, si fiat super re aliqua Advocato  
 salarii



Salarii loco præstanda, de qua lis non est, ut sentiunt Guid. Pap. cit. Dec. 102. n. 2. Perez. ad. C. de postul. n. 6. Hunn. in Encyclop. jur. p. 2. tit. 39. c. 3. n. 15. Sustinetur porrò pactio, si quidem super quota rei litigiosæ, sed post litem jam penitus decisam & finitam fuerit inita arg. d. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cogn. Guid. Pap. cit. Dec. 102. n. 2. & Decis. 190. Hunn. d. c. 3. n. 18. Atque his casibus permissis Advocatus consequi potest rem promissam, quantumvis promittens pro parte saltem vicerit, aut transegerit, secundum Perez. ad Cod. tit. de postul. n. 6. Confer. Dn. Nicol. in Process. jud. p. 1. c. 6. n. 10. Debetur enim Advocato Salarium sive vincat, sive sine culpâ suâ vincatur. arg. l. 10. §. 1. de neg. gest. Dn. Nicol. cit. c. 6. n. 15. Schnob. Diss. ad ff. 3. §. 5.

Qu. 2. Th. VIII. Quer. (2) An Advocatus pro se postulans, si adversarius in expensas condemnatus sit, honorarium petere possit? Neg. per l. quod si domus. 28. ff. locati. Nicol. Boër. Decis. 210. n. 4. Matth. Berlich. p. 1. concl. 72. n. 51. Jacob Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 154. n. 4. & seq. Andr. Gail. lib. 1. observ. 151. n. 16. ubi in Camerâ Imperiali hoc observari testatur. Magn. Dn. Struv. Ex. 7. §. 11. Si tamen Advocatus eam ob causam tempore fuerit exclusus, ut aliis operam suam locare non potuerit, & sic damnum ex propriæ causæ patrocínio passus sit, tunc meritò per modum damni ac interesse salarium exigere potest. Nemini enim officium suum debet esse damnosum. l. sed si quis. 7. ff. quemad. restam. aper. l. si quando. 9. C. de testib. Matth. Berlich. p. 1. concl. 78. n. 52. Nicol. Boër. decis. 210. n. 4. Gail. lib. 1. observ. 151. Hinc sequitur, quod etiam artifex, qui diu litigii causa à labore vacavit, damni hujus rationem in condemnatione expensarum habere possit. l. 1. §. 1. ff. ad exhib. Et si quis objiciat, expensarum nomine solummodò comprehendi expensas circa litem factas, non etiam damna & interesse. l. 13. §. 6. l. 15. C. de jud. Zanger. de except. p. 3. c. 17. n. 43. Respondemus, limitandum hoc esse, quando damnum in personâ petentis consistit, ut si sit talis persona, quæ ex arte suâ lucrum facit. Jason. ad l. 13. §. 6. C. de jud. Gail. cit. Observ. n. 18. Umm. Diss. ad Process. 22. §. 36. Berlich. p. 1. concl. 78. n. 49. Mejer. in Colleg. Argent. tit. de rejudic. §. 27. circa fin. Quod si verò causam cum alio communem habeat Advocatus, tunc pro parte à consorte litis facile

Sa-



Salarium petere potest, quia nemo gratis postulare & patrocinium alteri præstare tenetur. Gail. d. *Observ.* 151. n. 20. *ibiq.* Græv. in *Concl.* n. 17. & 18. Hann. in *Encycl. jur.* p. 2. tit. 39. c. 3. n. 8. B. Dn. Carpz. p. 1. *Const.* 31. def. 13.

Th. IX. *Quer.* (3) *An Advocato, qui in causâ succubuit, salari-  
um debeat?* *Affirmatur* arg. l. 10. §. 1. de *neg. gest.* Laborem enim non semper sequitur effectus. c. *nisi cum pridem.* 10. §. *quippe. de renunciat.* Et sæpè vitium materiæ non artificis est. c. *propter.* 3. de *locat.* c. *Ephesus.* 4. *distinct.* 42. l. *si servus.* 27. §. *si calicem.* 29. ff. ad. L. *Aquil.* Non igitur Advocato imputandum, si per eum non steterit, quo minus victoriam obtinere potuerit. l. 1. C. de *inst. & subst.* Si verò negligentiam suam damnum Clientulo intulerit, forsitan quod post latam sententiam non appellaverit, vel terminum probatorium præterlabi passus fuerit, ad interesse conveniri potest, sicut responderunt Scabin. Lipsien. *Mens Jan.* 1614. vid. *Nobil. Dn. Bechm.* ad ff. p. 1. *Ex.* 8. n. 57. Advocatus enim prodesse semper debet Clienti, nocere verò non item. Hillig. ad *Donell.* lib. 18. c. 4. *lit. A.*

Th. X. Hinc, etiamsi quid falsi in causa dixerit, dolosè aut ab adversario dictum admiserit, illud factum nec absenti, nec præsentis nocet Clienti, quin potius semper, etiamsi non provocarit, collusionem detectam agere potest. l. 1. C. de *Advoc.* l. 1. 33. ff. de *re judic.* Umm. *Disp. ad Process.* 2. §. 9. n. 44. Mejer. in *Colleg. Argent.* tit. de *re jud.* §. 116. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. de *error. Advoc.* Si verò errore commiserit aliquid Advocatus, absenti non nocet. l. *ult.* C. de *Error. Advoc.* *ibiq.* Dn. Brunnem. Præsentis verò nocet. l. 1. C. de *Errore Advoc.* *ibiq.* Dn. Brunnem. Nisi ante sententiam intra triduum post falsam allegationem contradicat, vel post sententiam appellet. d. l. *ult.* Aliàs ne quidem Rescripto Principis causa retractatur, uti latius deducit Donell. d. l. 18. *Comm. c.* 4. *ibiq.* Hillig. *Confer.* Manz. de *Advoc.* n. 27. & seq. Mejer. in *Colleg. Argent.* ad tit. de *postul.* §. 40. Anton. Faber. lib. 2. tit. 6. def. 1. Dn. Nicol. in *Process. Jud.* p. 1. c. 6. n. 21. *Add.* Magn. Dn. Struv. *Ex.* 7. §. 12. Quatenus autem iudex omissa per errorem, imperitiam, aut negligentiam Advocati ex officio supplere possit, tradunt Don. l. 18. c. 4. *ibiq.* Hillig. *Lit. D.* Fab. in *Cod.* lib. 2. tit. 6. def. 1. Perez. & Dn. Brunnem. ad l. *unic.* C. *ut quæ des. Advoc. part. jud. supp.*

Th. XI.



Qu. 4.

Th. XI. Quer. (4) Si Advocatum morte preventus officii sui partes subire non amplius potuerit, an Salarium annuum integrum eius heredibus exsolvendum sit? Affirm. per l. 38. pr. & §. 1. l. 3. §. ult. l. 5. §. ult. C. de Advoc. 1. Quamvis autem in d. text. de Procuratore Fisci tantum sermo sit, unde alicui hoc speciale esse videri possit, communi tamen Dd. sententia honoraria annua quorumcunque Advocatorum eodem jure censentur. Gaill. 1. Observ. 44. n. 12. Mynsing. 3. Observ. 8. Rauchb. p. 1. q. 25 n. 9. B. Dn. Carpz. p. 2. const. 5. def. 10. it. p. 2. const. 51. def. 12 n. 4. Magu Dn. Struv. Ex. 7. 0. 11. & Ex. 24. 0. 22. Quia per Advocatum non stetit, quo minus operas suas prestare potuerit. l. qui operas. 38. ff. locat. l. pen. C. de condict. ob caus. dat. Dn. Philipp. in Usu Pract. ad Inst. lib. 3. Eclog. 88. n. 14. Maximè cum nec dolo nec culpa ab officio remotus unquam defecerit, sed morte præreptus, per reliquum temporis spatium operas suas exhibere nequaquam potuerit. Ideòque cum fictione juris ex sua parte omninò adimplevisse contractum de jure censetur, exactionem totius residui salarii absque ulla diminutione, non aliter, ac si superstes ad supremum usque finem permanisset, ad heredes suos transmittit. d. l. qui operas. 38. ff. locat. l. 1. §. divus. ff. de extraord. cogn. l. fin. C. de domest. & protect. l. 3. C. de agent. in reb.

Th. XII. Et hoc, quod jam dictum, præter allegatos Doctores non tantum Gl. & Gothofr. in not. ad h. prædictas; Sed & Scharlus ad l. unic. C. de suffrag. n. 7. & 3. Johann Francisc. Ripa de privil. contract. temp. pestis. n. 116. & seq. Mozz. in tract. de locat. & conduct. tit. de accident. locat. n. 43. Rauchb. p. 1. q. 25. Dn. Brunnem. ad l. ult. C. de condict. ob causam dat. aliique Imò procedit, confirmant etiam si statim sub initio anni mors subsecuta fuerit, per d. l. post duos. 15. C. de Advoc. l. 1. 3. §. ult. l. 5. §. ult. C. de Advoc. 2. Florez Dietz. lib. 1. q. 8. n. 58. Dn. Brunnem. ad d. l. 15. C. de Advoc. 1. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 3. lit. KKK. Bachov. ad Treutl. vol. 3. disp. 5. th. 3. in fin. Dn. Philip. in Usu Pract. ad Inst. d. l. n. 4. Atque sic Inclys a Facultas Juridica Jenensis ad Consultationem Viduae Dni. D. J. S. Judicii Provincialis Jenensis, Advocati ordinarii, M. Mart. 1653 pronunciavit Ist Herr D. J. S. Fürstl. Sächß. gewesener Hoffgerichts. Advocat allhier in Zehna / vielen Herren Graffen und von Adel bey lebzeiten consulendo & advocando bedient gewesen / und haben dieselbe meistens der-

§

gestalt

7.





gestalt mit Ihme Bestallung aufgerichtet/ daß Sie Ihme vor alle Ver-  
richtungen/Reisen/Termins Bestellungen/Versehen/Redē und Schrei-  
ben Jährlichen ein gewisses/ v. g. 50. 70 100. Thaler versprochen ic.  
Nun ist ermelter Herr D. Todtes verblichen; Alldie weil nun gedachte  
Bestallungen zum Theil zwar bey nahe das Ende des Jahrs/ theils ab-  
ber nur die helffte desselben erreicht gehabt/ etliche auch nur wenige  
Monath gewehret; So haben sich einige derer Herrn Clienten zu  
mehrern nicht/ als was nach proportion der Zeit/ da der Herr Do-  
ctor im Leben/und wirkliche Dienste leisten können/der calculus aus-  
weist/ verstehen/ daß übrige aber Euch und Euern Kindern zureichen  
sich nicht schuldig erachten wollen/ A. n. m. i. e. B. w. J. d. h. u. R. g. d. sp. w.  
B. R. Wofern es Euerm Bericht nach bewand/so seynd besagte Herrn  
Doctoris Seel. Clienten Euch die völlige Jahrs Bestallungen/wenn  
gleich das Jahr/ wie der Herr Doctor Seel. verstorben/ noch nicht  
verfloßen/ zu bezahlen schuldig/ B. R. W.

Th. XIII. In tantum verò hoc jus extenditur, ut si Advocato  
integrum salarium jam datum sit, ab ejus heredibus repeti nequeat.  
*l. fin. C. de condict. ob caus. dat. l. 1. §. 13. de extraord. cogn. Gail. d.  
Observ. 44. n. 12. Hillig. lib. 18. C. 3. lit. RRR. Magn. Dn. Struv. Ex.  
7. §. 1. Vel etiam, si cum eo pactum ad quatuor vel quinque annos  
initum fuerit, quamvis primo statim vel secundo anno rebus huma-  
nis adimatur, heredibus tamen totum exsolvendum sit, prout iti-  
dem Inclyt a Fac. Jenensis Juridica, ad consultationem Sebastiani Andrea  
Kirchners/ M. Julio 1609. pronunciavit, in verbis: Hat vor ehlichen  
Jahren eine vornehme Stadt sub lit. A. sich mit einem gelärchen Mann  
sub B. notiret/ in Bestallung (aller massen aus der uns zugeschickten co-  
pien des Bestallung Briefes mit mehrem zuvernehmen) uff vier Jahr  
lang eingelassen. Wiewohl nun dieselbe einmahl anno 1607. sich geen-  
det/ so haben Sie doch nachmahls von da an/ inhaltes der zuletzt ange-  
hengten clausulen/ anderweit beede Theil realiter constituiret/ bis iezo  
vor verückter weniger Zeit die sub lit. B. notirte Person durch den  
Willen Gottes von dieser Welt gefordert worden. Ob nun gleich in  
solchem Bestallungs Briefe diese Wort zubefinden: daß gemelter Per-  
son vor Ihre Mühe und Fleiß solche vier Jahr über/ Jährlichen und  
tedes Jahr besonders vierdhalbhundert Gilden/ und also in Summa  
1400. Gilden entrichtet werden solten/ und daher so viel Obligatio-  
nes*



nes/als Jahr seyn/ geachtet werden wollen. Dennoch aber weil eigent-  
lich die Bestallung ultrò citroque nicht auf einzele / sondern auf ge-  
wisse Zahl / als vier Jahr / gerichtet gewesen / innerhalb welcher Zeit  
keinem Theil die Bestallung aufzukündigen / und Enderung zutreffen  
frey gestanden / sondern allererst nach verfließung der 4. Jährigen Zeit  
die obligatio (wosern dieselbe nicht wieder tacite / nach inhalt der Be-  
stallung / renovirt worden) seine Endschaft erreicht; Inmassen denn  
auch mehr gedachte Person bey renovirter Bestallung / innerhalb  
den andern 4. Jahren / ob Ihr gleich andere mehr vorträglichere  
und bequemere Gelegenheiten vorgestanden / mit hindtansetzung dersel-  
ben gemeiner Stadt in ihren Diensten anhalten müssen. Als ist auch  
nunmehr hinwiederumb / aus diesen und andern von Euch angeführten  
Motiven / Rechts-gründen und Uhrsachen / gemelter Rath des verstor-  
benen sub B. Erben die verschriebene vier Jährige Bestallungs-gelder /  
vollständig auszuzahlen / und folgen zulassen verpflichtet. B. R. W.

Th. XIV. Nec obstant l. Sejo amico. 10. ff. de annuis legat. l. 1 §. 5.  
ita cum quidem. ff. locat. l. 3. §. 12. ff. de re. milit. Ex communi enim  
Dd. sententiâ atque interpretatione ad manuarios artifices & fa-  
mulos referuntur, quorum heredes pro rata tantum servitii vel ope-  
rarum præstitarum mercedem accipiunt. Rauchb. p. 1. q. 25. n.  
18. Quod & jure Saxonico comprobatum est art. 22. lib. 1. LandR.  
in verb. Stirbet auch der gemierhere Mann / ehe Er seinen vollkomme-  
nen Lohn verdienet / welcher Ihme verheissen war / mann ist seinen  
Erben nicht mehr pflichtig zugeben / als Er verdienet hat / und Ihme  
gebühret bis auf die Zeit / da Er starb. Matth. Coler. p. 1. Dec. 201.  
n. 14. & 15. Secus verò est in honorariis, seu in his, quæ debentur  
Doctoribus, Professoribus & Advocatis. Sichard. loc. præalleg.  
Nam quod illis datur ad remunerandum, non intuitu laboris tan-  
tum, sed potius propter animi, intellectusque probitatem & lega-  
lem sapientiam accipiunt. l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. l. 1. §.  
proinde. ff. d. extraord. cogn. B. Dn. Carpz. p. 2. const. 51. def. 12. n. 5.  
Sed hæcenus dicta de salario Advocatorum vulgò limitant Inter-  
pretes, quod integrum heredes petere nequeant, si sub conditione  
operarum expressâ fuerit inter Advocatû & Clientem contractum,  
promisso sc. salario, si operæ præstentur, quia tunc requiritur exi-  
stentia conditionis, arg. l. 10. ff. ad L. Rhod. de jact. l. cedere diem. 213.  
F 2 ff. de



*ff. de V. s. Gail lib. 1. Observ. 44. n. 13. B. Dn. Carpz. p. 1. const. 1. def. 24. n. 6. Add. Dn. Brunnem. ad l. 15. C. de Advoc. 1.*

Th. XV. Pro consequendo verò honorario Advocatus, etiamsi nihil penitus promissum, extra ordinem agere, h. e. Judicis officium implorare potest. *l. 1. §. 10. ff. de extraord. cogn. Schnobel. Disp. ad ff. 3. §. 5. Magn. Dn. Struv. Ex 24. §. 4. Qui tùm pro consuetudine fori, tùm pro quantitate causæ & negotiorum Salarium constituere solet. d. l. 1. §. 10. de extraord. cogn. Gail. d. Observ. 44. n. 3. Schneidevv. ad §. fin. Inst. de mandat. n. 5. & 6. Dn. Philipp. in Usu Pract. ad Inst. lib. 3. Eclog. 88. n. 13. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. mand. n. 12. Dn. Brunnem. ad l. 17. C. mandat. Finckelthus. Observat. 98 n. 47. Quer. hic: An Advocatus acta aliq̄q̄ documenta Clientis consq̄q̄ apud se retinere possit, donec ipsi de honorario satisfiat? Negat hoc Steph. Grat. in discept. forens. tom. 4. c. 6. 18. n. 1. & seqq. quem seq. Hunn. in Encyclopc. 3. n. ult. Sed affirmativa verior videtur & æquior, uti latius demonstrat Finckelthus. d. Observ. 98. n. 31. & seq. Si enim Sartoribus & Sutoribus pro mercede jus retentionis competit, ita ut possint vestes ac calceos retinere, etiamsi materia sit aliena, donec ipsis satisfiat, prout statuunt. Bald. in l. ult. C. de commodat. n. 1. & Andr. Gail. lib. 2. Observ. 12. n. 5. Multò magis Advocatus, cujus Salarium præstatio aliàs favorabilis, acta, donec ipsi satisfiat, retinere poterit, per text. in l. colonus. 12. ff. de vi & vi armat. l. in hoc judicium. 14. §. 1. ff. comm. divid. Æquiparantur enim operæ impensis in rem factis, & labor operantis justam retinendi causam tribuit. Coler. de Process. executiv. p. 1. c. 2. n. 247. & seqq. Add. Walth. de privileg. Dd. c. 19. Gail. lib. 2. Observat. 12. n. 5. Nobil. Dn. Bechmann. ad ff. p. 1. Ex 8. n. 60. Hoc ipsum tamen fallit in actis publicis, quæ exhiberi Reipublicæ interest. Nec enim jus retentionis alteri nocere debet, & potiore publicæ utilitatis, quàm privatæ causam semper esse oportet. l. 51. §. ult. ff. ad L. Aquil. B. Dn. Carpz. p. 2. const. 25. def. 23. n. 6. Dn. Nicol. in Proc. jud. p. 1. c. 6. n. 15. Nobil. Dn. Bechmann. // cit. loc.*

Th. XVI. Tandem de Saliariis Advocatorum notandum est, quod certa eorum quantitas determinata sit ab Elect. Saxon. in Ord. Torg. de anno 1583. tit. von Advocaten und Procuratorn. §. wenn die Advocaten. Quapropter si modum hunc excedant Advocati, majora à Clientibus salaria acceptantes, in restitutione à



victo facienda etiam taxationi iudicis subiecta erunt, per Ord.  
Proc. Jud. Elect. Sax. tit. 36. §. Zum dritten. Quamvis enim ad  
restitutionem expensarum regulariter victus victori obstrictus  
sit. l. 13. §. 8. C. de iud. l. 4. C. de fruct. & lit. expens. ibiq. Dn. Brun-  
nem. Gail. lib. 1. Observ. 151. n. 21. B. Dn. Carpz. in Process. Jur. tit.  
24. art. 1. n. 3. quarum nomine etiam salarium Advocati venit. l. 15.  
C. de iud. Nunquam tamen ante Iudicis moderationem sunt præ-  
standa. Const. Elect. Saxon. 31. p. 1. ibiq. B. Dn. Carpz. Quapropter  
& meritò in salariis Advocatorum idem obtinere debet, cum non  
solum sæpissimè Advocati in exigendo salario modum excedant,  
sed etiam plura in Advocos ad conciliandum favorem litigan-  
tes expendant, quorum restitutio à parte adversa iniquissimè po-  
stulatur. B. Dn. Carpz. p. 1. const. 31. def. 11. Dn. Nicol. in Pro-  
cess. Jud. p. 2. c. 17. n. 28.

## CAPUT VI. Privilegia & Contraria Ad- vocatorum annectit.

Th. I.

Postquam hucusque pro instituitione, notatu digna circa ho-  
norarium Advocatorum occurrentia considerata sunt; Nunc  
ut finis huic exercitio Academico imponatur, nonnihil de Privi-  
legiis & Contrariis Advocatorum annectendum erit. Advocati  
autem, præter Fisci Advocatos, qui specialia merentur beneficia.  
Vid. Peregrin. de jure Fisc. lib. 7. tit. 2. n. 15. Dn. Brunnem. ad l. 8.  
C. de Advoc. 1. Scoran. in Exam. Jurid. ad tit. ff. de postul. variis  
gaudent privilegiis, quorum in numero primum est, quod præfer-  
runt exercitati & legitime promoti Dd. dicantur in honore & di-  
gnitate constituti, ut & Nobilissimi. l. providendum. 7. C. de postul.  
Tiraquell. de Nobil. c. 29. n. 11. Menoch. de arbitr. Jud. quest. lib. 2. cas.  
70. n. 10. Walther. de privileg. Dd. c. 9. §. 1. Klock de contribut. c.  
15. n. 84 & 58. Christin. vol. 2. Dec. 101. n. 2. & seq. Imò tam honorabile  
habetur Advocatorum munus, ut à Nobili absque ullà Nobilitatis  
diminutione & jacturà exerceri possit, secundum Tiraquell. de Nob.  
tit. 29. quem sequitur Christin. d. Dec. c. 101.

F 3

Th. III

7.



Th. II. *Secundum est*, quod excepto munere arbitri, quod eo in loco, ubi patrocinium præstant Advocati, ipsis imponi potest. Dn. Brunnem *ad l. 6. C. de Advoc. 1.* à reliquis muneribus personalibus sint immunes. *l. 3. l. 6. l. 7. C. de Advoc. 1. l. 6. C. de Professorib. & Med. Jacob Menoch. de arbit. jud. quest. lib. 2. cas. 379.* Ratio est, ne à munere Advocaturæ abstrahantur. *arg. l. 3. C. de Can. largit. tit.* Hinc & nostris moribus nullum personale munus, quod consulendi, arbitrandi & judicandi facultati impedimento esse potest, subire coguntur, uti cum Perez. *ad tit. C. de Advoc. 2. n. 4.* tradit Magn. Dn. Struv. *Ex. 7. 9. 4. in fin. Add. Klock. de contribut. c. 15. Guid. Papa dec. 88. & 288. Umm. Diss. ad Process. 2. 9. 10. n. 46. Coth. Consil. Academ. 14. per tot. Mejer. in Colleg. Argent. tit. de postul. th. 44* Debetur autem hoc privilegium dignitati eorum, ideòque licet Advocati Salarium percipiant, ob dignitatem tamen officii publici, & quia negotiationes & mercimonia non exercent, meritò hac immunitate fruuntur. *Cothm. d. l. n. 74. Klock. cit. l. n. 26. Barbof. ad l. 6. C. de Advoc. 2. n. 3. Mund. de munerib. c. 6. n. 187.*

Th. III. Quin & indistinctè ab oneribus realibus ordinariis & extra ordinariis Advocatos esse debere immunes, propter generalitatem *l. placet. 5. C. de SS. Eccles. & l. Medicos. 6. C. de Profess. & Med.* contendunt *Klock. d. c. 15. n. 6. & seqq. Matth. Steph. de jurisd. p. 2. c. 10. n. 1. & seqq.* Verum quia à muneribus patrimonialibus immunitatem tantum præstat singularis Principis indulgentia. *l. 11. ff. de vacat. t. 3. C. de muner. patrim. l. 6. §. 4. ff. de muner.* quæ tamen in genere concepta ad extraordinaria non extenditur. *B. Dn. Carpz. lib. 4. Resp. 75. n. 14. Magn. Dn. Struv. Ex. 50. 9. 74.* ab omnibus ea sustinenda sunt, quibus non expressè à Principe remissa, quia non personæ indicuntur, sed rebus & possessoribus, quod non solum in ordinariis verum est, sed etiam in extraordinariis, quæ ob publicam necessitatem indicuntur. *l. fin. C. de muner. patrim. ibiq.* Dn. Brunnem. Hinc rectè, Advocatos ab oneribus patrimonialibus non esse immunes, statuunt *Gutierrez. lib. 1. quest. 23. Mund. de muner. c. 6. n. 187. Dn. Brunnem. ad l. 6. C. de Advoc. 1.* Quod & usu hodierno obtinet, testante *Walth. de privileg. Dd. c. 16. §. 106. & Dn. Nicol. in Process. judic. p. 1. c. 6. n. 11. in fin.* Excipitur inhospitalio militum, quâ Advocati gravari nequeunt



queunt. d. l. 6. C. de Profess. & Med. ibique Dn. Brunnem. Anton Faber in Cod. lib. 9. tit. 29. def. 26. n. 5. Christ. 5. Dec. 49. n. 21. Mund d. tr. c. 1. n. 87. Magn Dn. Struv. Ex. o. 8. 74.

Th. IV. Tertium privilegium Advocatorum est, quod associantur personis egregiis atque clarissimis. l. 1. C. de Advoc. 2. ibique Dn. Brunnem. Militumque certo modo fruuntur privilegiis, per l. 7. & l. 14. C. de Advoc. 1. Klock. de contrib. t. 15. n. 15. Guid. Pap. decis. 88. n. 2. & decis. 388. Christin. vol. 2. decis. 101. Hinc fluit. Quartum, quod occasione Advocaturæ ab ipsis acquisitum sit quasi castrense peculium, indeque omnia privilegia peculii castrensis obtineat, ita ut de eo testari filiiam. possint, quia Advocati milites togati sunt. l. 4. & l. 10. C. de Advoc. 1. ibiq. Dn. Brunnem. Atque hoc verum est, etiam si nullum Advocati habeant Salarium ordinatum, sed à Clientibus illud percipiant, cum hæc Salaria Clientulorum in locum Salariorum publicorum successerint; Neque causa privilegii in eo est, unde Salarium proveniat, sed quod Advocatus publicum officium gerat. Enenckel. Baro. de privileg. par. & liber. privileg. 10. n. 33. Dn. Brunnem. cit. loc. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 3. lit. HHH. Umm. Disp. ad Process. 2. Th. 10. n. 47. Perez, ad tit. Cod. de Advoc. n. 5.

Th. V. Quintum privilegium est, quod contra Advocatos executio non fiat in solidum, sed in id, quod facere possunt. B. Dn. Carpz. *Zu* p. 1. Const. 32. def. 18. n. 1. Controvertunt aliàs Dd. An & militibus togata militia, sicq. Advocatis hoc privilegium competat. Negant Duaren. ad l. 6. ff. de re jud. Schneidevv. ad §. 38. Inst. de Action. Hænon. Disp. 21. th. 4. Cyprian. Regn. ad Inst. Disp. 32. th. 21. B. Ludvv. Ex. ad Inst. 16. th. 8. lit. D. propter cit. l. 6. & l. 18. ff. de re judic. ubi expressè sit mentio militis armatæ militiæ, quibus verbis Ictus excludere videtur togatum: Qualitas enim adjecta dispositionem restringit, aliàs ineptè uni speciei tribueretur, quod omnibus commune est. Deinde pro hac sententia facere videtur, quod diversa subsit ratio & causa. Milites enim armati, sanguinem & vitam pro republ. profundentes, plus in eam conferunt, præterea armis occupati rei familiaris curam abjiciant, necesse est; Contra verò milites togati, rem suam agere & benè gerere edocti, sanguinem & vitam pro republicâ non profundunt. Hisce tamen non obstanti-



tibus Dd. communiter concludunt, milites legalis militiae & Advocatos beneficio competentiae gaudere. Non minus enim provident humano generi, quam si praeliis atque vulneribus patriam parentesque tuerentur. l. 14. C. de Advoc. 1. eorumque Scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo ac Magistratui vitae subjectorum informatur. *Auth. Habita. C. ne filius pro Patr.* Deinde sicut milites armati propter utilitatem publicam & periculum, quod ejus gratia suscipiunt, hoc habent privilegium, Ita etiam milites togati, ut Dd. & Advocati, quia & hi utilitatem publicam non minus promovent. *Iason. ad. l. 6. pr. ff. de re jud. n. 8. Hartm. Hartm. tit. 18. Observ. 2. n. 21. Coler. 2. de Proc. Exec. c. 3. n. 114. B. Dn. Carpz. p. 1. C. 32 def. 18. Magn. Dn. Richter. Dec. 24. n. 2. Dn. Philipp. in usu. pract. ad Inst. lib. 4. Eclog. 69. Add. Hillig. ad Donell. lib. 27. c. 9. lit. A. ubi monet, quod haec sententia ab eruditjs sit propugnanda, ne sui ordinis viros, in angustiâ rei familiaris saepe fortunae magis, quam suo vitio constitutos, ope sua deserant, rigidæque duritiei foeneratorum denudandos exponant.*

Th. VI. *Sextum* Advocationis munere in Academijs fungentium & Praxia exercentium privilegium est, quod beneficio *Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* fruantur. Magn. Dn. Richter. in absolutissimo tract. ad d. *Auth. disp. 2.* Laudabile enim vitaeque hominum necessarium Advocationis genus maximè principalibus praemijs remunerari debet. l. 4. C. de Advoc. 2. Ernest. Cothm. Respon. Academ. 14. n. 44. Eos autem, qui ignorant quid jus, quid fas sit, quid lex bonumque requirat, causidicos sc. rabulas forenses & formularios, qui quaestus tantum gratiam garriant, ut sua saltem farciant marsupia, hic non intelligimus. Nam si ejusmodi ignari rabulae nobili Advocatorum nomine non sunt digni, nec in Republ. ferendi vel certè coercendi, uti censet B. Dn. Carpz. p. 1. C. 1. def. 18. n. 5. quia conscientias hominum pervertunt, & judiciorum sanctitatem in cautelas, technas atque perjuriam commutant; Multò magis à beneficijs *Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* eos arcendos esse putamus. Add. Magn. Dn. Richter d. tract. qui hoc fusius deducit.

Th. VII. Præterea quavis aliàs sua cuique domus tutissimum sit refugium, quâ nemo invitus expelli debet. l. 18 ff. de injus voc. l. 22. ff. de injur. His tamen non obstantibus Dd. tradunt, quod is, qui ar-

tem



tem strepiferam, foetidam vel aliam Studiis liberalibus inimicam  
& adversantem exercet, vel alio modo meditationes perturbat, ad  
petitionem Scholaris expelli, vel ei mandari debeat à Magistratu,  
ut ab hujusmodi opere desistat ac cesset. Quirin. Cubach. Cent. 3.  
Decur. 9. q. 1. Speckhan. cent. 2. Class. 1. q. 19. n. 19. Magn. Dn.  
Richter/ cit. disp. 3. Quamvis verò prædictum privilegium, de ex-  
pellendo vicino strepifero & studium quovis modo impedi-  
ente, principaliter competat Professoribus & Studiosis in Academiis  
versantibus, idem tamen extendendum est, ob eundem favorem  
& utilitatem publicam ad alios Dd. qui extra Academias aliis in  
civitatibus patrocinando, consulendo, judicando se exercent,  
atque in aulis, curiis, foro judiciisque laborant, per ea quæ tra-  
dit Casp. Klock de contrib. c. 15. n. 13. & seq. Et hoc maxime  
procedit, si prævenerint fabrum aliumque opificem, qui strepitu  
suo illis molestus est. Matth. Coler. de Process. Execut. p. 1. c. 4.  
n. 8. & seq. Atque ita non solum Fac. Jurid. Lips. anno 1617. ad  
consultationem Senatûs Numburgensis pronunciavit, cujus response  
verba inter alia hæc sunt: Ferner auch nach gemeinen Schluß  
der Rechts gelährten alle und jede privilegia, so die Professores und  
actu legentes haben / denen Doctoribus, Advocatis und andern/  
welche Praxin exerciren / zugeignet &c. Sed etiam Inclyta Fac. Ju-  
rid. Jenens. eodem tempore respondit, in verb. Dennoch aber / weil er  
wehntes der Doctorum privilegium, welches zwar vornehmlichen  
die Professores auf Universitäten angehet / der bewerthen Rechts-  
lehrer einhelliger Meinung nach / ohne Unterschied denen Doctoribus  
Advocatis und Practicis so wohl / als den Professoribus in Acade-  
mien ratione præventionis nicht unbilllich zugeignet und zugeschrie-  
ben wird &c. Als erscheinet auch nunmehr aus der Partheyen  
beederseits vorbringen so viel / daß dem Böttiger der Einzug in daß  
von Ihme zur ungebühr wieder der Doctorum privilegium erkauftes  
Haus nicht unbilllich zu verbieten. B. N. W. Confer latius Magn.  
Dn. Richter / d. tract. disp. 3.

Th. VIII. Hisce & aliis quàm plurimis privilegiis accensentur  
porrò hæc, quod officio etiam gratis & voluntariè ipsis collato  
sine prægnanti causâ privari non possint. Menoch. lib. 1. A. 7. Q.  
6. 69. v. 10. Barbof. ad l. 9. C. de Advoc. 1. n. 4. Gutierrez de juram.

con



*confirm. p. 1. c. 18. n. 15. Dn. Brunnem. ad d. l. 9. C. de Advoc. 1. It. si ad officium publicum vocati sint, quod eo rectè administrato & finito patrocinari denuò non prohibeantur. l. 9. C. de Advoc. 1. ibiq. 11*  
**D**1 Brunnem. Demum, quando locus inter Advocatos vacat, quod filii eorum, dummodo idonei, cæteris præferendi. l. 11. l. 13. C. de Advoc. 1 l. 3. §. 5 C. de Advoc. 2. & gratis recipiendi sint. d. l. 3. §. 5. & l. 5. §. 7. l. 7. d. t. Dn. Brunnem. ad d. l. 3. §. 5. C. de Advoc. 2. Hil. lig. d. c. 3. lit. J J J. Umm. cit. th. 10. n. 47. Christin. vol. 2. dec. 140. Dn. Nicol. in Process. Jud. p. 1. c. 6. n. 18.

Th. IX. Coronidis loco hic quæritur (1) *An Advocati gaudeant privilegio militaris testamenti?* Ita videtur, quia ferè in omnibus æquiparantur militibus. Sed quoniam ignorantia Juris, propter quam militibus privilegiata testamenti factio præprimis concessa, in illis tolerabilis neutiquam est. l. 2. ff. de O. J. l. 1. C. de jur. & fact. ign. Schneidevv. ad Inst. de testam. milit. num. 12. meritò ipsis denegatur. *Quer. (2) An Advocati ratione salariorum in concursu Creditorum prærogativam aliquam habeant?* Resp. quod non. Regulariter enim de jure civili nullus creditor alteri præfertur, nisi vel per legis, vel sui ipsius provisionem ipsi expressè præ aliis creditoribus cautum sit. arg. t. t. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contrah. t. t. ff. qui potior. in pign. & l. 6. C. de bon. auctorit. jud. possid. Ergò nec Advocati, lege tacente, prælationis jure gaudere possunt. Nec obest, quod summam Reipul. Advocati præstent utilitatem. l. 14. C. de Advoc. 1. Ex hoc enim ad jus prioritatis, quod jura creditoribus quibusdam specialiter tribuunt, nihil firmiter inferendum est. arg. l. 6. C. de bon. aut. jud. possid. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 28. def. 30. Finckelth Observ. 98. n. 7. & seq. ibiq. alleg. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 8. n. 12. Quod etiam, quoad jus Saxonicum obtinet; Nam salarium eorum ad mercedem famulorum, prioritatem in concursu gaudentem, referendum non esse, decisum est in Ord. Proc. Jud. Elect. Saxon. tit. 42. §. nebst diesem ibi. darumb ist der Advocaten Besoldung und anders dergleichen anhero nicht zurechnen. Vid. Finckelth. d. observ. 98. n. 9. Berlich. p. 1. concl. 64. n. 76. Dn. Carpz. d. def. 30. it. lib. 4. Resp. Jur. Elect. t. 2. Resp. II. n. 10. & seqq.

Th. X.



24.3. Th. IX. *Quer.* (3) *An Advocatus reus tormentis subijci possit?* Resp. quod non. Triplicis enim generis homines à tormentis repertiuntur exempti. Primi generis sunt, qui ob defectum iudicii & intellectus; Secundi, qui ob debilitatem corporis; Tertii denique, qui ob dignitatem personalem sunt excepti, ad hunc tertium ordinem etiam referendi sunt Advocati. Clarissimi enim atque eminentissimi torqueri nequeunt. l. II. C. de quest. l. 10. C. de dign. Quinam verò pro clarissimis habendi sint, exponit Valent. Arithmaeus *Discept. Academ. p. 2. posit. 5. in med.* Hoc seculum, inquit, titulorum proventu luxuriat uberrimo, hominum ambitione plures honorum gradus excogitante, clarissimos dixerim antiquà nobilitate splendentes, non recentibus aut subitis imaginibus, uti loquitur Plinius, repente fortunæq; beneficio questis intumescentes, quales reperiuntur quàm multi, qui nobiles dici volunt, Clarissimorum numero etiam aggregandi sunt Doctores, Licentiatii & Advocati, dirimentes ambigua facta causarum, suæq; defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa erigentes, fatigata reparantes, laborantium spem vitam & posteros defendentes. l. 14. C. de Advoc. 1. Haftenus ille. *Add. Zanger. in tract. de quest. & tortur. c. 1. n. 74. Damhoud. in prax. rer. criminal. c. 41. n. 1. B. Dn. Carpz in Prax Crimin. p. 3. q. 118. n. 80. usq; ad fin.* ubi non solum nonnullas exceptiones recenset, sed etiam, quod personæ aliàs exceptæ consensu Principis torqueri possint, testatur, idque per observantiam Fori Saxonici quotidianam confirmat. Et tantum de privilegiis Advocatorum dixisse sufficiat.

Th. Ult. Paucissima nunc etiam de Contrariis subjicienda veniunt. Contraria autem Advocatorum dicuntur, per quæ Advocati esse desinunt. Quod fit (1) quando Clientes susceptam litem vel componunt, vel amplius operâ Advocati uti nolunt. l. *properandum. 13. §. pen. l. rem non novam. 14. in fin. C. de jud. ibiq; Gl. in verb. justa causa.* (2) Si Advocati per longum tempus absint, per l. 7. in f. C. de Advoc. 2. (3) Si vel voluntariè deponant officium. l. *si quis. 9. C. de Advoc. 1. l. 5. C. de Advoc. 2. vel coactè. l. 6. C. de Postul. l. 1. C. de Advoc. 2. v. g.* Si removeantur ab officio Advocaturæ, quod functionem Advocati malè obierint, & in officio peccaverint,

G 2

puta

7.



puta prævaricando, cavillando, convitiando, paciscendo de  
quota litis alioque modo. l. 5. l. 7. C. de postul. Quando enim offi-  
cio non rectè funguntur, tunc pro gravitate delicti ita puniuntur,  
idquæ fit vel ad tempus, vel in perpetuum. l. 1. l. 8. C. de postul. Deni-  
que (4) Si moriantur. Mors enim omnia solvit. Nov. 22. l. post  
duos. 15. C. de Advoc. 1. Et tantum non quidem pro ampli-  
simâ materiæ dignitate, sed temporis ratione, ingenii-  
que tenuitate protulisse sufficiat. Ut Benevolus Lector, si vel quædam minus  
accuratè posita, vel nonnulla ad hanc materiam spectantia omi-  
ssa videbuntur, nobis veniam dare atque conatûs nostri non  
rigidus Zoilus, sed æquus æstimator esse velit,  
officiosissimè rogitamus.

## Soli Deo gloria.

---

**L**audatur quicumque suis insudat opellis,  
Hanc laudem tribuit Tî quoque nostra Themis;  
Dum jam Patroni chartis exponis & ore,  
Munus, ut hocce decus sit Tibi grande facis,

*Eximio atq; Præstantissimo Dn. NEHRINGIO,  
LL. Cultori & Auditori suo industrio, cum voto omni-  
genæ prosperitatis, hæc adponebat*

**ERNESTUS FRIDERICUS**  
**Schröter / Jctus P.P. & h.r. Acad. Rector.**

---

**U**t res quæque suo nobis laudatur ab usu,  
Sic quoque Sacra Themis commoditate placet.  
Hanc si scire juvat, Patroni munia spectes;  
Mirans hic cernes, quæ bona Jura ferant,

Id



Id dum, NEHRINGI, tibi jam perpendere sumis;  
Hoc peragas felix non sine laude, precor.

**Christoph. Philip. Richter/**  
D. Com. P. C. Fac. Jur. Ordinarius,  
Decanus & P. P.

Dum tu causarum Patronos, Ad que vocatos  
Pulpita doctorum jam resonare facis, *Vide L. angla.*  
Purpura, caufidicos quæ vendit, ut inquit Aquinas *Semest. lib.*  
Mordaci fatyrá, te manet atque toga, *1. p. 57.*

*Gratulandi animo scripsi*

**Joh. Strauchius. D.**

Indolis egregiæ specimen laudabile profers,  
Calfacis & nostram cathedram plaudente *Salanã.*  
Votum adjungo, Tibique precor prosperrima quæque.

*Pereximio DN. NEHRINGEN, 7. U. Cultorẽ  
solertissimo, amicã m. & m. gratulat.*

**Johann Volk. Bechmann.**  
D. & Pandect. Prof. Publ.

Te, dum Patroni causarum jura resolvis,  
Patronum causæ mox, ego credo, fore.

*Ita benè de studiis Prestantissimi Dn.  
Respondentis ominatur*

**Joh. Christophorus Falckner/**  
I. U. D. & P. P.

6 3

Jura

7.



**J**ura Patronorum tractas cum laude, Clienti  
Spes surgat presso, Te duce, multa, precor!

*Ita egregios Prae-Eximii atq; Literatissimi DN.  
NEHRINGII, L. L. Cultoris indefessi, Fautoris  
sui certissimi, in Jure Profectus, & eruditam praesentis  
Disputationis elaborationem gratulab. proseq.*

Heinricus Sincf/  
J. U. D.

---

**P**atronus causa quis fit, quis munere dignus?  
Exactâ hîc cunctis sedulitate refers.

**H**oc probat alma Themis, Patrociniôque futura est  
Ipsa tibi, fidas, dexteritate suâ.

**E**rgo persistas! certo potiêris honore,  
Nomen Patroni cum Tibi jura dabunt.

*In signum amici affectus gratulab. scribebat*

Johann Georg Kellner/  
Inclytæ Jurid. Fac. Actuarius.

---

**A**pplaudam, NEHRINGE, Tibi invidiamne? favente  
Voce Tibi applaudam, livor at invideat.

Heinr. Sebast. Fidler.

---

**N**on miror, Pylades, quod coelica fata secutus  
In studio non nota legas vestigia Patris:  
Sed potius Juris spatiosa Volumina volvas;  
Dum jam proponis, quàm sit laudabile munus,

Quo



*Quo funguntur ii, quos alma scientia Juris  
Nobilitat, quando Patroni insontibus adsunt,  
Aspiret cœptis, precor, istis aura benigna,  
Ut decus hinc amplum capias & commoda multa.*

*Sic Prestantissimo Domino Respond.  
Amico suo in paucis carissimo,  
apprecatur*

**Volckmar Kirchner**  
S S. Theol. Studiosus.

---

**E**t doces, *Nehringe!* quis Advocatus  
Sit bonus, quâ laude vehendus, & cur  
In sacris semper retinendus aulis  
fit dominantum.

Et, loqui si sic licet, Advocatus  
Quis malus, quâ labe notandus, & cur  
E sacris longè removendus aulis  
fit dominantum.

Hunc sequi si vis, removeris aulis  
E sacris; Illum, retineris aulis  
In sacris; sed jam voveo: secundis  
utere velis.

*Sic suavissimi sui Consobrini  
optimis conatibus accinebat*

**Matthæus Friedericus Bogell.**  
**V Valtershuf.**  
Juris



99  
Juris scrutatum nunc Te mysteria, dicunt,  
Quas defendendas ponis, Amice, theses.  
Annuat incæptis Numen, consummet Jova,  
Ac reddat Studiis præmia digna tuis.

Ita Amico & Consobrino  
suo dilectissimo applau-  
debat.

Zacharias Kestner/  
S S. Theolog. Stud.



Matthæus Friedericus Gogell  
V. V. V.  
Jura




Jena, Diss., 1668 Fr-Schr

TA. 02

ULB Halle

3


004 844 785




1668











ATIO JURIDICA

*De*

# LOCATIS.

*Quam*

Opt. Max. auxiliante,

TE ET CONSENSU

rum Ordinis in Illustri

ALANA,

RÆSIDE

LICO Linck

J. U. D.

*o Eruditorum Examini*

terio Jctorum

Augusti horis consuetis

*propones*

CYRIACUS Nehring/  
endorf. Thuring.

UTOR.

ENÆ,

nnis Jacobi Bauhoferi,

M. DC. LXIX.

III. i

7.

